INSCRIPTIONES ANTIQVAE,

PLERAEQVE NONDVM EDITAE:

IN ASIA MINORI ET GRAECIA,

PRAESERTIM ATHENIS,

COLLECTAE.

CVM APPENDICE.

EXSCRIPSIT EDIDITQVE

RICARDVS CHANDLER, S.T.P.

COLL. MAGD. ET SOC. ANTIQ. SOCIVS.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO. M DCC LXXIV.

Prostant apud J. DODSLEY, JAC. ROBSON, et THO. CADELL, Londini; Et DAN. PRINCE, Oxonii.

1774

IMPRIMATVR.

THO. FOTHERGILL,

VICE-CAN. OXON.

VII MARTII, MDCCLXXIV.

NOBILISSIMORVM

ATQVE

CLARISSIMORVM VIRORVM

SOCIETATI DICTAE

DILETTANTI,

INSCRIPTIONES,

QVAS, IN LONGO ET PERICVLOSO ITINERE

IMPENSIS EIVS PERACTO,

INSIGNISSIMAS VETVSTATIS RELIQVIAS,

CONQVISIVIT;

SVA NVNC QVALICVNQVE OPERA

IN ERVDITORVM GRATIAM ORNATAS;

SVMMA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA

D. D. D.

R. CHANDLER.

1774

LECTORI ΦΙΛΑΡΧΑΙῼ

S.

PAUCIS abhinc annis, cum in Aſiam Minorem atque Græciam profectus antiquas Urbes inviſerem, multa reperi Monumenta inſcripta, quæ omnia ut in chartam accurate referrem, diligenter operam dedi. Enimvero dolor quidam animum ſubiit, dum celebrium Oppidorum ruinas, quæ ipſæ jam fere perierint, conſpicerem; dum Statuas et baſes mutilas disjunctaſque, ædificia collapſa, et cælata Marmora, ceu membra venuſti corporis diſcerpta, jacentia paſſim contemplarer. In hac tanta ſtrage, ſi quid forte ſupereſſet, unde Civium atque Locorum notitiam adipiſceremur, id non ſervare voluiſſe et a noſtra indole et ab Itineris inſtituto fuiſſet longe alienum.

MAGNIS quidem et variis uſibus inſerviunt iſtiuſmodi Monumenta. Inciſa ſunt in iis Deorum, Populorum, illuſtrium Virorum, Ludorum, Magiſtratuum, Officiorum et Menſium nomina, aliaque permulta quæ ſcire amant Eruditi. Nemo, niſi Literarum reconditiorum plane expers, ignorat quam eximia in iis comparandis et exponendis jam olim fuerit Noſtratum induſtria; aut quas laudes apud exteros ea aſſecuta ſit. Hinc certe cum doctis omnibus ingentem inierunt gratiam, inſigniſſimus ARVNDELLIAE Comes, SMITHVS, WHELERVS, SHERARDVS, CHISHVLLVS; et nuper, illuſtriſſimus Comes SANDVICENSIS, DAWKINSIVS et amicus ejus, mihi ſemper cum honore nominandus, WOODIVS; quos cum recenſeam, neſcio quæ Gens viros protulit aut ad audendum et patiendum alacriores, aut ſolicitos magis ut ſua tædia in Reipublicæ literariæ commodum redundarent.

 DIFFICILIS

Difficilis admodum et ingratus eſt antiqua Marmora exſcribendi labor. Quam poſtulat et Oculorum et Mentis aciem, literis vetuſtate vel injuria tritis, ii norunt, quibus domi et per otium fieri licuit. Nobis præterea cum lapidibus ſolo obrutis, inverſis, vel ſupra infixis, ſæpius agendum fuit; et, cum longo Itinere, Sole ardenti, barbaris vix amicis circumſtantibus, quaſi conflictandum. Quam autem potui curam ſemper adhibebam, ut Lectiones genuinas, veraſque Elementorum formas, ipſoſque Marmorariorum errores, quorum exempla in ſequentibus paſſim obvia ſunt, in charta mea retinerem. Neque hîc diſſimulandum duco, me, cum paulo ante Marmora OXONIENSIA tractaſſem, iſti negotio longe paratiorem acceſſiſſe.

A viris Nobiliſſimis atque Clariſſimis, qui Itineris ſumptus mihi ſuppeditarunt, Inſcriptionum, quas collegeram, librum MS, quem peregre rediens iis obtuleram, dono accepi, me Editore cum Eruditis univerſis communicandum. Nolui autem præ feſtinatione illis molem indigeſtam obtrudere; aut Inſcriptiones, quæ perfectæ extant, iterum imprimendo, inſulſe actum agere. Inſpexi igitur GRVTERVM, MVRATORIVM, SPONIVM, HESSELIVM, POCOCKIVM, alioſque ejuſdem generis libros; qua quidem inquiſitione edoctus fui me haud raro operam ſatis injucundam fruſtra inſumpſiſſe. Porro, cum ſcirem repoſitum eſſe in Muſeo Britannico, Catal. n.7509, Inſcriptionum volumen MS. HARLEIANVM, (cujus meminit Chiſhullus in præfatione ad Antiquitates Aſiaticas) hoc quoque pervolvi; ne ſcilicet, quæ ipſe vidiſſem Marmora, cum minus læſa eſſent Sherardus exſcripſiſſet; quod tamen eveniſſe vix unquam comperi.

In edendis Inſcriptionibus res eſt haud parvi momenti, ut characteres, ſi qui ſint, inſoliti, Literarum nexus omnes et formæ, numerales Notæ, et Sigla, aliaque ejuſdem generis accuratiſſime exhibeantur. Hinc Preli fuit haud vulgaris hoc Opus noſtrum; nec, niſi Oxonii agens, id imprimendi facultatem nactus eſſem. Jam vero typis Academicis quam bene potui excuſum, tibi tandem, erudite Lector, in manus tradam.

Inscriptiones noſtræ, ſi unam atque alteram excipias, aut nondum omnino, aut mendoſe editæ fuerunt. Ex his autem plures pro novis fere habeantur; præſertim quæ Pocockio tantum Editore prodierunt. Ubi notam * Aſteriſcum vides, ipſa Marmora mecum ab Athenis in Angliam advexi, eaque nunc penes Societatem DILETTANTI ſervantur. Imperfectas quaſdam et depravatas, uti fieri ſolet, admiſi; cum in aliis corrigendis et illuſtrandis, aut re Antiquaria aliquo modo amplificanda, frequenter utiles ſint. Appendix Inſcriptiones continet, quas mecum, præter tres, Reverendus et doctiſſimus vir THOMAS

THOMAS CROFTS humaniſſime olim communicavit. Literas voceſque, quas reſtituere aut corrigere conatus ſum, uncis [ ] incluſi; ad quæ loca ſe exerceat, velim, qui ingenio et judicio pollet Lector; et ſi meliora illi occurrant, iis cedant Conjecturæ noſtræ. Typothetarum ſchedas ſedulo ipſe inſpexi. Accedit Index neceſſarius, in quo opera uſus ſum amici cujuſdam ob induſtriam ejus et diligentiam merito prædicandi. Denique in Syllabo tum alia monui, tum Inſcriptionum editarum, quas omiſi, Lectiones meas variantes adjeci; & Notas, paucas quidem breviterque conſcriptas, immiſcui; differendi materiem ampliſſimam iis, qui ſcientia plus valeant, relinquens. Nonnulla autem viris longe doctioribus me debere hîc profiteor; quos inter memorem IACOBVM MERRICK, qui juvenis Commentationibus ſuis in Marmor Sandvicenſe laudem meruit, et cum hæc ſtudia ſemper amaſſet, Inſcriptiones meas tam avide arripuit, ut in iis explicandis, niſi mors iniqua vetaſſet, nihil non præſtiturum, pro ſingulari quo fuit acumine et Linguæ Græcæ peritia, expectaſſem.

POSTREMO, exorandus es, candide et erudite Lector, ut ingentem, quam in hoc Opere collocavi, curam atque fidem æqui bonique conſulas; et quæcunque aut prætermiſerim, aut exſcribendo, interpretando, explicando erraverim, ea mihi facilis ignoſcas. Tibi certe proferam Inſcriptiones, quas humaniter excipias, ni fallar, digniſſimas: quarum nonnullæ rara admodum vetuſtate ſunt venerabiles; in quibus multa Hiſtoriam, Geographiam, Chronologiam antiquam illuſtrant; quas demum, puto, habiturus ſis pro Rei Antiquariæ additamento haudquaquam contemnendo. Vale.

R. C.

SYLLABUS ET NOTÆ.

I. SIGEA Inſcriptio, celeberrima, jam tandem manu, quali par fuit, periti artificis delineata: nimirum id operis in ſe ſuſcepit *Revettus* itineris noſtri comes, cui ipſe aſtiti. Verſionem, quam damus, *Chiſhullianam* emendavimus l. 4, a fine, quippe extant in lapide veſtigia literæ M ſatis manifeſta. Quantum negotii faceſſit olim ille locus *Chiſhullo* vide in libro ejus p. 4. 37. 46. 48. Hic autem notandus eſt *Potterus,* qui Archæolog. v. 1. p. 144. ſpecimen ſcribendi βουστροφηδον exhibet

Ε Κ Δ Ι Ο Σ Α Ρ

V Θ Ʃ Ǝ Ͷ Ʊ Χ

literis ſecundæ lineæ inverſis; quem quidem errorem Cel. Viro facile condonemus, hac Inſcriptione non editâ. De Marmore alibi plura dicemus.

II. Lapis, fortaſſe ſepulchralis, vel Sarcophagi pars, infixus in fronte iſtius apud *Gaurkioi* eccleſiæ, cui ante fores adjacet Sigeum marmor, nunc ut olim Græculis ſedile præſtans. Defuncti tantùm nomen inſcribere non inuſitatum fuit. Vide Inſc. LXXV.

III. In candido marmore, in pariete rudi opere extructo, extra urbem. Præter Caſtorem et Pollucem, qui *Dioſcuri* dicebantur, erant alii; et Athenis tres honorabantur ab iſtis diſtincti. *Corſin.* Faſt. Att. v. 2. p. 304.

IV. Sarcophagus integer, cum operculo, ceu ciſterna, unde aquam hauriant fontanam Tenedii, poſitus; ex Troade tranſvectus, literis magnis inſcriptus. *Murator.* p. 1639. *Pocock.* p. 32. Atticus, vir illuſtriſſimus, Attici Herodis pater, fuit Troadis ſeu Alexandriæ, quæ urbs eſt in conſpectu a Tenedo, benefactor olim eximius. Vide *Philoſtrat.* p. 547.

Caſus Dativi in hac Inſcriptione aliiſque multis occurrunt ſine I finali, qui mos ſcribendi Strabonis ævo obtinuit, πολλοι, inquit p. 648, χωρις του ι γραφουσι δοτικας, και εκβαλλουσι γε το εθος φυσικην αιτιαν ουκ εχον. Quod tamen ipſe tradidit, Magneſiæ civitas arguebatur αμαθιας propter hanc literam in Inſcriptione quadam omiſſam, cum non liqueret rectone an dandi caſu accipienda vox eſſet.

V. Inſcriptio ſepulchralis, in marmore candido ex Troade tranſvecto et in atrio Eccleſiæ poſito.

VI. Inſcriptio ſepulchralis, literis magnis, ad fores Eccleſiæ.

VII. Baſis Statuæ marmorea, in latus reclinis, literis pulchris nec obſcuris. Haud longo intervallo jacet alia baſis ſimili formâ, cum Inſcriptione eâdem, ſed l. 7, TRIBVN l. 8, VOLVNTAR l. 10, PREFECTO l. 12, VIC ⸙ VIII. Prope occurrit alia, vix terrâ extans, quam, Turcis cum gladiis ſuis uſque ad lineam octavam ſolum removentibus, ab hac nullo modo differre reperimus. Inſcriptionem primam exſcripſerunt *Whelerus* atque *Sponius* p. 68. et v. 1. p. 90. et vidit Dom. *M. Wortley Montague* Anno 1718. Vide Epiſt. 44.

Templum Divorum Julii et Auguſti habuit Alexandria Troas, ipſa Auguſti colonia. In nomine Flaminis me lapſum ſuſpicor, quippe l. 3, legunt alii VOLT · RVFO · Fuit nimirum Caius Antonius Rufus, tribu Voltiniâ, Marci filius. l. 4,5, COL · CL · APRENS · *Colonia Claudii Aprenſis.* Apros, urbs Thraciæ. *Vaillantius,* de nummis Colon. p. 153, Aprum coloniam a Claudio, quamvis nullus illius nummus aut aliud monimentum ſuperſit, deductam

 cenſuit.

cenfuit. l. 5, Philippi, Macedoniæ urbs, Julii colonia. l. 6, EM. fc. *emerito*. Miles, qui ftipendia fua confecit. His agri conceffi, pecuniaque donata eft. *Feffus in acceptos miles deducitur agros*. Ovid. l. 7, Parium, urbs Myfiæ, Julii colonia. l. 10, *Gemina*, nomen Legionis. l. 11, Scubuli, equites Alæ primæ, curabant, ex nomine puto, exercitûs farcinas. Tres Coloniæ, Apros, Philippi, Parium, Statuas erexerunt, quarum bafes reftant. Fuit in hac urbis parte Bafis fragmentum, infcriptum

O H A D R I A [N O
P] O N T I F · M A [X ·
T R I B · P] O T E S T · XII
C O N] S · III P · P
O · D

VIII. Prope Troadem. Statuæ bafis pofti tuguriolum fuftentanti fuppofita. Imperator Tib. Cl. Nero ex Germanico tres nepotes Neronem, & Drufum, & Caium habuit. "Deftitutus morte liberorum maximos natu de Germanici filiis Neronem et Drufum P.C. commendavit" — poftea verò "ipfos judicatos hoftes fame necavit, Neronem in infulâ Pontiâ," Ann. poft Chrift. 30. Vide *Tacit*. Ann. l. 4. *Sueton*. in Tib. l. 4,5, "Idem annus novas cæremonias accepit, addito fodalium Auguftalium facerdotio: ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum facris fodales Titios inftituerat. Sorte ducti è primoribus Civitatis unus et viginti. Tiberius, Drufufque, & Claudius, & Germanicus adjiciuntur." *Tacit*. Ann. l. 1. c. 54. vide *Gronov*. in loc. l. 6, Nero Cl. Drufus Cæfar & C. Norbanus Flaccus erant Confules ann. poft Chr. 15, quo anno, uti videtur, Statuam poni juffit Quadratus. l. 8, B · M I L I T · Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris beneficio. *Feftus*.

Ibidem in Mofcheâ Infcriptionem vidimus, cujus magna pars celata.

D I V I C L A V
V S T I · R O · N D I V I A V
N T · M A X · T R I B · P O T · I

atque in fepulchreto marmor, five Ara, infcriptum

D I S M A N I B V S
S A C R V M

IX. Supra portam domûs extra urbem, in viâ quæ ducit ad vicos quos habitant Græci lentifcum colentes. Hæc autem arbos producit Mafichen *Chienfem*, notiffimam. In marmore funt figuræ matris et filii fedentes; in medio, altare rotundum, cum flammâ, uti videtur, atque ove victimâ. *Pocock*. p. 45. Vidimus quoque Infcriptionem, quam edidit *Gruterus*, p. 1036. 9. et *Maffeius* Græc. Siglæ, p. 199. l. 2da fic definit ΑΡΓΑΣΕΦΕΡΣΕΦΟΝΑΣ. In urbe aliam exfcripfimus in nigro marmore incifam, quæ apud *Sponium* Mifcell. p. 340. In hac Λ & Ϋ fic. Incipit ΟΔΗΜΟΣ — legi l. 7, ΕΚΓΟΝΟΝ — l. 10, ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ — l. ult. ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ. Hanc vide in *Heffelii* Præfat. Append. ad *Gudium*, n. XXI.

X. Marmor in pariete domûs infixum. Omittuntur literæ quædam, uti videtur, infcribentis incuriâ.

XI. In Foro, vulgò *Bazar*.

XII. Smyrnæ, præter marmora quæ exfcribere non potui, vidi Infcriptionem quam cum Sarcophago accuratè delineavit *Le Brun* p. 26, quamque edidit *Smith*, Not. Eccl. p. 61, *Spon*. t. 1. p. 130, *Murator*. p. 1672, *Heffel*. in App. n. 15. In vicis *Heffelianam* vidi n. XIX, prope *Bornavaly* five *Bornabath*, atque illas apud *Hadgilar* in columnellâ, n. XX, vide *Smith*. Not. Eccl. p. 61. et *Pocock*. p. 26.

XIII. Infcriptio ex earum numero quas cum Pocockio communicavit Rev. vir *Burdettus*, ôlim Anglis Smyrnæ negotiantibus a Sacris; qui illam, uti accepi, fcalis longis ab urbe tranfportatis, exfcripfit. Si verò contempleris portæ arcis altitudinem, et a plateâ Francorum, uti pars oppidi quam habitant Europæi appellatur, diftantiam; et ipfam porrò Infcriptionem fpectes; maculis in exemplari ejus vel plurimis offendi haud velis. Rectè feciflet, fi characteres, quales extant in marmore, ære incidendos delineaffet. Vix literas vidi fic inter fe mutuò nexas et quafi in unum coalefcentes; et prætereà contractæ funt, credo, pro more fæculi, voces plurimæ. Conftat Infcriptio quatuor vel quinque lineis longis in marmore fuper fornicem portæ difpofitis; verfibus viginti; et ab utrâque parte cælata eft Romanorum feu Græcorum Aquila, rudi fatis fcalpturâ. Tranfpofita quædam ab exfcribente ad proprium locum revocare, et ad nitorem priftinum omnia reftituere, conati fumus.

Idem

Idem tentavit vir, nescio quis, eruditus in *Act. Lipf.* p. 595. Ann. 1753, quem librum consulentibus patebit quid ab uno atque altero fit præstitum. Ipsius judicio spirat nobilius ævum hoc carmen quam suum, trahitque de *Homero* et *Theocrito* colores.

Johannes Angelus Comnenus, Theodori Angeli filius, diadema accepit a patre, qui Anno 1222 occupavit; ipse Anno 1224 mortuus. Uxoris nomen ac familiam Scriptores non prodidêre. *Du Cange* p. 207.

Carmen hoc illustrat locus *Michaelis Ducæ*, in fine Cap. 7. ubi memorat πολιχνιον της Σμυρνης το κειμενον εν τῃ κορυφῃ τȣ ὀρȣς, ὁπερ Φρȣριον ετυγχανεν ακροπολις ποτε της παλαιας και διεφθαρμενης Σμυρνης, ανακαινισας αυτο προλαβων ολιγοις ετεσιν Ιωαννης ὁ Δȣκας, Βασιλευς Ῥωμαιων. *Act. Lipf.* l. 5, Dixit olim Mimnermus μνησθεις της Σμυρνης, ὁτι περιμαχητος αει. Vide *Strab.* p. 634.

XIV. In atrio domûs illustrissimi Anglorum Consulis.

XV. In ruinis Ecclesiæ, in vico quodam deserto.

XVI. Supra portam Moscheæ ruinosæ. In ipsis Erythris ad mare sunt tres Statuarum bases inscriptæ, solo ferè sepultæ; quas, cum exscriberem, haud permisit temporis atque itineris urgens necessitas.

XVII. Marmor Cœnam Feralem exhibens, in fronte Ecclesiæ infixum.

XVIII. } XIX. } In cœmeterio Turcico extra portam Australem. Prope Borealem, occurrit Inscriptio sepulchralis, quæ in *Pocock.* p. 21. n. 6. l. 8. leg. ΧΡΗΣΤΕ.

Teos, nunc Bodrùn, urbs deserta, quondam florentissima & Inscriptionibus abundans. Harum non paucæ in vicinis villulis agrisque hodiè conspiciuntur. Ex iis lapidibus, quos exscripsit Illustriss. *Sherardus* et cum *Chishullo* communicavit, mihi plures videre contigit. Apud *Segigeck* in balineo sunt duo fragmenta, inversis literis, quæ sudatum venientibus sedilia præstant. Hæc continent decreta *Eleutbernæorum*, *Istrionorum*, *Saxiorum*, *Rhauciorum*, *Polyrrheniorum*, atque *Cydoniatarum*. Excepi titulos festinantèr, ut effugerem locum, peste tum serpente, propter ægrotantium frequentiam suspectissimum: legi autem non ΣΑΞΙΩΝ uti apud Chishullum, sed ΝΑΞΙΩΝ v. p. 114. et Comm. p. 125; et ΚΥΔΩΝΙΩΝ, non ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ. In muro oppidi, quod mare versùs infixa est *Sybritiorum* epistola, cum decretis *Lappæorum* et *Latiorum*. Vidimus *Ætolorum* decretum ad aquæ fontem prope portam Australem. Extat marmor continens *Arcadum*, *Cnosiorum*, et *Prianfiorum* decreta in cœmeterio inter *Sevrihissar* et *Guzellir*. Multa rogavi frustrà de oppidulo *Era-ki*, prope quod repertum fuit insigne monumentum, *Teiorum Diræ*; et quod ferè suspicatus sum antiquum Εραι, πολιχνιον Τηïον, de quo vide *Cellar.* p. 46. Fortasse, paucis annis, nec supererit memoria loci *Guzellir*, quippe in quo tuguriolum nunc tantùm unum et Moschea ruinosa. Distat semi-hora a *Sevrihissar*, Borealem atque Occidentalem cœli partes versus. Anglicè, *the N. W.*

XX. Basis Statuæ perforata et ad puteum prope viam, ceu os, posita. Inscriptio, uti videtur, respicit ad calamitosum tempus, regnante Tiberio, quando Civitates Asiaticas afflixit ingens terræ motus. l. 11. Augustus fuit amicus Teiorum, et illorum in nummo quodam appellatur ΚΤΙΣΤΗΣ, vide *Cellar.* v. 2. p. 46. *Pocock.* p. 38. l. 1. ΑΙΟΙΤΙΒΕΡΙΟ. MS. *Sherard.* p. 31.

XXI. In porticu Moscheæ. Nescio an Vibius fit ille ευεργετης de quo in præcedenti Inscriptione fit mentio. Hic notandum est literam Β idem pollere quod ΟΥ, atque Romanorum V; et efferre illam Græcos hodiernos uti nos hanc alteram. Vox βασιλευς iis sonat *vasilefs*. In Insc. XXVI. occurrit βερνα, *Verna*.

XXII. Stela literis magnis et pulchris, hac semper Ѧ. Stabat ceu lapis sepulchralis in cœmeterio Turcico. De sodalitio Echini v. *Chishull.* p. 138, apud quem p. 143. occurrit alia ejusdem Inscriptio.

XXIII. Marmor in domûs pariete infixum. Memorat artifices ejusdem cum sodalitio Echini familiæ, Minervæ atque Baccho inservientes. Horum titulum cingit hederacea corona, illorum oleagina; quibus utebantur.

XXIV. In porticu Moscheæ suprà memoratæ, literis pulchris.

XXV. Lapis longus ad eandem Moscheam. Continet duas Inscriptiones, una mulieris, altera Citi poetæ Tragici. Ad hanc pertinent voces Ο ΔΗΜΟΣ, quas cingit corona; hunc *sc.*

Populus

Populus coronavit. Nullam ejus mentionem alibi invenire potui. Plus certè ſepulchro ob nomen ſervatum, quam ſcriptis debet. MS. *Sherard.* p. 45.

XXVI. Ibidem, in Sarcophago.

XXVII. In plateâ.

XXVIII. In porticu Moſcheæ.

XXIX. Ad puteum. Voces Ο ΔΗΜΟΣ corona cingit.

In eodem oppido, *Sevribiſſar*, ad fontem aquæ Inſcriptionem reperi in ipſo marmore mendoſam, quam typis expreſſit *Murat.* p. 950; *Pocock.* p 11. iterumque p. 22; et *Heſſèlius, Præf. Append.* n. 5, cum quo contuli exemplar meum, quod lectiones habet variantes l. 1, ΔΙΟΝΥϹΟΙϹ --- ΑΚΙΛΛΗϹ — l. 3, ΕΤΕΙΘΕ — l. 4, ΛΗΣΗ --- ΔΩΣΕΗΔΕΣ — l. 5, ΜΟΙΣΑΥΤΗΣ⚹ΧΕΙΛΙΑΠΕ ΝΤΑΚΟΣΙΑ

XXX. In muro Moſcheæ apud *Guzellir.*

XXXI. Ibidem.

Jam verò ad *Bodrun* ſive Teum redeamus. Inſcriptionem in ruinis Templi Bacchi repertam edidimus in *Ionicis Antiquitatibus.* Nullam præter hanc ſuppeditavit urbs quondam præclara, quam legere potuimus, ſi excipias duo fragmenta Baſium Statuarum in Theatro, quibus exſcribendis operam, magno cum tædio, elementis obſcuris, poſuimus ferè inutilem. Iſtas exhibet *Pocock.* p. 20. n. 3. p. 21. n. 5. Quæ prior eſt literis ſcatet connexis et formæ recentioris, quales ſunt

ΜΗ ΗΜ ΗΝ Ͳ ΝΕ ΜΕ ϴ Φ 2̄ Ꙍ Ω

l. 1, ſuppl. ΑΓΩΝ[ΙΣΤΑΙ] — l. 4, ΦΥ[ΣΕΙΔΕ] — l. 5, ΦΗ[ΣΙΝΟΥ] — l. 7, ΔΙΟΝ[ΥΣΙΑΚΩΝ] — l. 8, ΣΥΝ[ΗΣΜΕΤΑ] — l. 12, ΠΕΡ[ΙΤΗΝ] — l. 13, ϹΕ[ΒΑΣΤΩΝ Legi l. 6, ΤΟΝΤΑ — l. 7, ΤΑΓΤΗΙΚΩΝ

XXXII. Ad locum dictum *Terrenda* ſeu *Trianda* lapis ſepulchralis. *Hoc heroum præparavit Aurelius Nicetes, f. Eutychi, ſibi et uxori ejus et liberis et poſteris atque alumnis eorum: ſi autem quis præter ſcriptos vim ferat impendit ærario.* Vox θρέμματα occurrit *Johan.* IV. 12. vide *Kypkium* in loc. et *Jo. Chriſtoph. Wolfium Curæ Philolog. et Critic.*

XXXIII. Miror nulli eorum, qui ante me viderunt Epheſum, innotuiſſe Inſcriptionem nec ſolo celatam nec loco inacceſſo, ſed quæ ſedem ſuam antiquam occupat ſuper fornicem Theatri, Stadium verſùs, qui quidem ædificii introitus muro clauſus fuit, operâ fortaſſe Meſſalini, ut labenti fabricæ meliùs conſuleretur. Quando autem vixit vir ille, neſcio an Architectus, non comperi.

XXXIV. In alveo ſicco Torrentis ad introitum convallis in qua extant Odei veſtigia. Ibidem vidimus aliam Inſcriptionem, cum ſigno Crucis, totam fere ſolo marmoribuſque obrutam. Viri in hoc lapide memorati erant fortaſſe Dianæ Epheſinæ miniſtri. Si Caianus ſit Olymponica, ſupple l. ult. [ΟΠΥ]ΚΤΗΣ *pugil.*

XXXV. Hæc Inſcriptio occurrit in Itin. *Wheleri* p. 254. et *Spon.* p. 135, reperta, uti hic voluit, in Aquæductu in viâ quæ ducit ab Epheſo ad oppidum *Scala Nova*; uti alter, in Aquæductu prope *Aiaſalúck.* In utroque ipſe diligenter quæſivi, nec inveni, alio loco poſitam. "Via, qua itur ad *Guzel-hiſſar,* quarto aut quinto fere ab Epheſo milliari, convallis eſt anguſta arboribus obſita et vivis aquis (ex Haliata fonte ut credibile eſt) irrigua. Illic, an. Dom. 1700, integer ſtetit Aquæductus, ſuperius ſex fornicibus ſuſtentus, quos inferius tres ſuſtinent majores. Ita qui pons olim fuerat imperante C. Auguſto, ſequiore tempore in Aquæductum eſt converſus. Inſcripta eſt prioris operis dedicatio geminis verſibus prælongis, Latino uno, Græco altero; in quibus nec injucunde neque inutiliter, peculiares utriuſque linguæ quoad ſtylum lapidarium proprietates peritus notabit Lector." Hæc *Chiſhullus Antiq. Aſiat. pars altera, p.* 11. Nimirum vir eruditiſſimus, quando mors eum oppreſſit, parabat operis ſuſcepti volumen ſecundum, cujus nunc paucæ ſuperſunt ſchedæ impreſſæ. Illæ cum rariſſimæ ſint, Inſcriptionem hanc inter noſtras inſerendam

dam duxi; tum, ne alii, qui Ephesum adibunt, laborem, quem nos, insumant frustrà; tum ut loci notitia, in quo extat antiquum illud opus, propagetur.

XXXVI. In marmore candido, cujus mentionem fecit *Rycaut Ecclef. Græc.* p. 50; quo tempore inversum fuit in muro, parte celatâ. Ille exscripsit quæ damus postrema; atque eadem edidit *Whelerus*, p. 254; et *Sponius*, p. 356. *Misc. Erud. Antiq.* Circa an. 1719. lapis, tunc fermè totus sub terrâ, effossus fuit in via Xenodochii ad Aquæductum. Typis expressit utrumque latus *Hesselius* in App. ad *Gudium*, n. 32; atque e schedis *D. de la Condamine Murator.* p. 579; et *Pocock.* p. 34 et 35. Etiamnum manet prope *Aiasalúck*, ad Aquæductum; dignus, quem quis curet Smyrnam advehi; quod judicarem opus haud difficile, cum sit in ipso tramite Camelorum, neque graviori, quam sustinere solent, pondere. Exscripsi quæ prostrato marmore vidi; illa autem et plura sunt et potiora.

Aquæductus ille prope *Aiasalúck* antiquis marmoribus Ephesinis, pluribus inscriptis, extructus fuit. Smyrnæ nacti sumus chartam, in quâ *Chishullus* manu propriâ "Septembris 24, 1701; cum inclytas Ephesi reliquias secundâ vice invisissem, ope scalæ portabilis extempore compactæ, desumpsi has quæ sequuntur Inscriptiones nulli hactenus, ut opinor, observatas." Illas, numero quinque, ad Aquæductum invenimus, et exemplar cum marmoribus ipsis contulimus, sed mihi posteà compertum fuit imprimi Inscriptiones tum ab ipso in schedis imperfecti operis ejus, tum ab *Hesselio* aliisque.

Lectiones variantes.

Hessel. n. 57. l. 3, ΕΟΥ**ΡΟΥΑ·ΥΙΩΝ l. 9, ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ·Τ· l. 12, ΑΙΟΥ**ΥΕΝΔΙΑΝΟΥΜΑΓΝΟΥ l. 13, ΡΙΔΗΜΟΥ·ΕΡΓ l. 16, Τ∠ ΕΝΔΙΑΝΟΥ Vide *Murator.* p. 232.

Hessel. n. 64. l. 2, CAESARIS·TRA**NI l. 3, DIOCESIN l. 4, [PR]OC·BIB --- GRAEC· l. 5, PROC·LYC. l. 6, PONTI Vide *Murator.* p. 453. p. 706. p. 2027. *Pocock.* p. 19.

Hessel. n. 67. l. 1, ΠΙΣΙΣΚΟΝ l. 5, ΠΡΩΤΟΝ l. 6, ΚΑ l. 7, ΙΑΔ l. 8, ΝΕΟΠΟΙ l. 12, ΝΙΑΝΗΣ _ ΤΟΥΠ l. 13, ΑΤΡΟΣ _ ΔΟΥΜ l. 14, ΥΡΙΑΔΑΣ l. 15, ΥΠΕΣΧΟΝΤΟΕΝΤΗΕΚΚΛΗΣ l. 16, ΚΑΙΑ l. 19, ΤΡΟΣΑΣΚΑ l. 21, ΑΡΧΙΣ Vide *Pocock.* p. 36. p. 37.

Hessel. n. 66. l. 2, ΔΙΑΝΗΝΤΗΝΙΕΡΕΙΑΝΤΗΣ l. 5, ΚΑΙΔΙΟΝΥ l. 7, ΚΟΣΜΗΤΕ* l. 8, ΟΥΛΠΙΑΣ l. 9, ΕΚ l. 10, ΤΕΛΗΣΑ l. ult. ΟΝ Variæ sunt in hac Inscriptione literæ Ω, præter usitatam, formæ, Ω, Ω, Ω Vide *Murator.* p. 1027. *Pocock.* p. 37.

Hessel. n. 61. l. 2, ΡΟΣ l. 3, ΥΙΟΥΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑ l. 4, ΥΙΩΝΟΥ l. 9, ΑΝΘΠΑΤΟΥ Bis occurrit Ω. Vide *Murator.* p. 1027. *Pocock.* p. 19. p. 36.

Hessel. n. 58. l. 1, ΕΠΙΤΡΟ l. 3, ΠΡΟΣ·ΤΩΡΥΝΔΑΚΩ l. 6, ΚΑΤΑΤΟΨΗΦΙΣ l. 8, ΚΟΡΝΗΛ l. 10, *ΑΙΑΥΡ·ΡΟΥΦΟΝ Vide *Murat.* p. 1027. *Pocock.* p. 18.

Pocock. p. 36. n. 29. l. 3, ΤΗΝ _ ΤΟΥΜΗΝ[Α] p. 18. n. 8. l. ult. ΣΕΒΑΣΤΟΥ

Aquæductus nobis suppeditavit Inscriptionem nullam ineditam, quod tamen aliis labente fabrica fas sit expectare. Fragmenta apud *Aiasalúck* exscripsimus haud pauca, sed vulgata omnia.

XXXVII. Inscriptio literis non magnis, legi difficilis. l. 5, in lapide πολεως pro πολεως, et l. 6, θειον pro θεον. Nescio ad quem spectat Heroem. Festum fuit Θεσμοφορια dictum, in honorem Cereris *legiferæ* institutum, quo tempore mulieres vestes candidas induebant. Græcam vocem rectiùs fortasse *Thesmophoros* reddidissem. Vide *Potter.* v. 1. p. 403.

XXXVIII. Marmora, quorum mentionem fecimus in *Ionicis Antiquitatibus*. Inſcriptiones ſunt diverſorum temporum, ſed ad eandem rem ſpectantes. Samus et Priene urbes erant vicinæ. Diſputabant de territorio ſuo atque confiniis, uti ſolent populi ſic poſiti; litemque ſæpiùs dijudicatam Samii pertinaciter renovabant. In utroque loco repoſita ſunt rei monumenta. Epiſtola a rege Lyſimacho ad Samios miſſa, ſententiam ejus continens, a Cl. *Wood* in Samo reperta, Oxonii nunc ſervatur. Vide *Marm. Oxon.* p. 38. In illâ autem deducitur, quaſi ab ovo, hiſtoria. Legati Prienéorum tunc oſtenderunt ſuam fuiſſe regionem, de quâ contendebant, ante Lygdamin, de quo vide *Strab.* p. 61; et poſtea, obortas de eâ inter civitates inimicitias compoſuiſſe Biantem, ſapientem *ſc.* quem, ad proverbium uſque, juſtum judicem Antiqui prædicârunt. Prienéi, quæ acta fuerunt, diligenter inſcripſerunt, atque, ne teſtimonia perirent, Minervæ ſuæ concrediderunt. Terræ motus aut hoſtilis violentia, magis quam tempus, obſtitit, quo minùs totius cauſæ integra jam prodiret notitia. Exſcripſi, quos potui lapides; intactos plures, aliis fortaſſe olim exſcribendos, relinquens.

1. Hoc fragmentum Prienéorum et Samiorum limites exponit. Quod ad Dialectum attinet, prodit Inſcriptio populi originem. Prienen, a nonnullis Cadmen dictam, inſtauravit Philotas εκ Θηβων λαον αγαγων. *Strab.* p. 633. Hic verſione donabimus.

1. ορȣς δε απεδειξαμεν τας τε Σαμιας και Πριανιδος χωρας, αρχομενοι ως μεν εν Σαμιοις οτι αγορευοντι απο των	terminos vero indicavimus et Samiae et Prienenſis regionis, incipientes, ut apud Samios prædicant a
2. κατα σανιδειαν τοπων, ως δε Πριανεις απο Θινιχου παγȣ τον πρατον λοφον τον πετρωδη τον υπερκει-	locis prope contabulationem, uti vero Prienenſes a Thinico colle, primum cacumen
3. μενον υπερ τα εργασιμα, εφ ȣ και ορον επεκολαψαμεν, εφ ον ανατεινει α εκ τȣ παρακειμενȣ ποταμȣ	petroſum quod ſuperjacet locis cultis, in quo etiam terminum inſculpſimus, ad quem pertingit producta a fluvio adjacente convallis, quæ
4. Φαραγξ α αναφερȣσα παρα τα εργασιμα, ας μεταξυ και τȣ προγεγραμμενȣ λοφȣ αλλον ορον επι πετρας	fert ad loca culta, quam inter et ante deſcriptum cacumen alium terminum in ſaxo inſculpſimus,
5. επεκολαψαμεν· ως τε τα μεν υπο τον λοφον και ταμ Φαραγγα και τȣς επικολαφθεντας ορȣς ειμεν Σαμιων	ut quæ quidem ſub cacumen ſunt et convallem et inſculptos terminos ſint Samiorum;
6. ταδε υπερ τον λοφον και ταν Φαραγγα και τους επικολαφθεντας ορȣς ειμεν Πριανεων· απο δε του λοφȣ τȣ	quæ vero ſunt ſupra cacumen, et convallem, et inſculptos terminos ſint Prienenſium; a cacumine vero quod
7. πρατȣ αποδειχθεντος ος εστι υψηλοτατος αλλον ορον επεκολαψαμεν εν τω καταληγοντι τȣ λοφȣ· απο δε τȣτȣ	primum indicatum fuit, quod eſt altiſſimum, alium terminum inſculpſimus in infima parte cacuminis; ab hoc vero
8. επ᾽ ευθειας αλλον εθηκαμεν ορον· απο δε τȣτȣ επ᾽ ευθειας παλιν εθηκαμεν ορον· απο δε τȣτων επ᾽ ευθειας α Φαραγξ	in directum alium poſuimus terminum; ab hoc vero in directum rurſus poſuimus terminum; ab hiſce vero in directum con-
9. οριζει ες τε τον ορον ον εθηκαμεν παρα τον Φαραγγα· απο δε τȣτȣ αναβαινȣσι ποτι τον πετρωνα αλλον τον [ορον]	vallis diſterminat uſque ad terminum, quem poſuimus juxta convallem; ad hoc vero aſcendentibus ad alium locum petroſum
10. επεκολαψαμεν εις τον πετρον· απο δε τȣτȣ εν τω πετρωνι αλλον ορον επεκολαψαμεν· απο δε τȣτȣ ως [α Φαραγξ]	terminum inſculpſimus in ſaxo; ab hoc vero in loco petroſo alium terminum inſculpſimus; ab hoc vero qua *convallis* ducit
11. παραφερει παρα τον βȣνον εις το απολήγον αυτου ορȣς επεκολαψαμεν· απο δε των εγκολαπτων ορων εις τον απε-	propter collem in infima parte ejus terminos inſculpſimus; ab inſculptis vero terminis ad collem aſperum
12. ναντι βȣνον λεπρον εθηκαμεν ορον· και απο τȣτο[υ] παρα τον βȣνον ες τε και ταν Φαραγγα, εθηκαμεν αλλον ορον· απο	oppoſitum poſuimus terminum; et ab hoc propter collem uſque ad convallem poſuimus alium terminum; ab
13. δε τȣτȣ [παρα] ταν καταναντι τȣ ορευς διαβαντων τον ποταμον αλλον εθηκαμεν ορον· απο δε τουτου επιστρεψαν[των . . .	hoc vero quæ monti ex adverſo eſt tranſgredientibus fluvium, alium poſuimus terminum; ab hoc vero ſe convertentibus . . .

2. Conſtat duobus fragmentis ad notam * commiſſis et ſenſum, non ſine hiatu, continuantibus. Hujuſmodi ſunt literæ, Ξ Π Ξ l. 3, ad finem ſuppl. ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ *ſc.* Rhodios appellarunt. l. 6, regionis nomen fuit Batinetis, vel, uti in *M. Oxon.* Baginetis, ubi tamen memini nonnullis viris doctis legi ΒΑΤΙΝ l. 9, Mæandrium hiſtoricum memorat *Strabo.* p. 552.

3. Hoc

3. Hoc fragmentum ad cauſam coram Lyſimacho rege actam præcipue ſpectat. ſuppl. l. 7, ΑΚΟΥ[ΣΜΑΤΙ] Prienéis ille adjudicavit, ſed regionem repetebant Samii ſub Antiocho *f.* Antiochi.

Urbs Priene, quod aſſerit Herodotus, in Cariâ fuit. Hanc regionem percurrit Mæander; in quem Lycus, cujus mentio l. 2, incidit, ortum habens in monte Cadmo ſupra Laodiceam in Phrygiâ. Illam tenebant diverſi populi; partem, ut fas ſit credere, ſibi mutuò vindicabant Prienéi et Samii. *Strabo* refert p. 628, και τα Φρυγια, και τα Λυδια, και τα Καρικα, και επι τα των Μυσων δυσδιακριτα ειναι, παραπιπτοντα εις αλληλα. Fluvii ſæpe reddebant diſcrimen ambiguum; et mos erat in jus vocari Mæandrum, cum, prorutis limitibus, agrorum fines mutaſſet, mulctamque ab eo exigi, atque ſumi e vectigalibus trajectuum. p. 580.

4. Iterum ſub Antiocho rege termini ſunt conſtituti, ſuumque jus probationibus confirmârunt Prienéi.

5. Acta quædam cum Samiis.

Ex duobus aliis fragmentis puto totum hoc negotium relatum fuiſſe tandem ad Senatum Romanum, ejuſque prudentiâ compoſitum. Illa autem valdè imperfecta ſunt.

ΔΟΓΜΑΤΟΚΟΜΙΣΘΕΝΠΑΡΑΤΗΣΣΥΜ
ΣΕΡΟΥΙΟΣΦΟΛΟΥΙΟΣΚΟΙΝΤΟΥΥΙΟΣΣΤ
ΡΩΝΠΕΝΤΕΕΙΔΥΙΩΝΦΕΒΡΟΑΡΙΩΝΓΡΑΦΘ
* * * * * * * * * ΛΕΥΚΙΟΣΑΝΝΙΟΣ
ΑΝΔΡΑΚΑΛΟΝΚΑΙΑΓΑΘΟΝ
ΩΠΟΝΠΡΟΣΠΡΙΗΝ[Ε]ΙΣΠ

* * * * * *

ΑΓΑΘΟΙΚΑΙΦΙΛΟΙΠ
ΑΝΤΕΑΝΕΝΕΩΣΑΝ[ΤΕΣ]
ΕΝΑΙΕΙΣΕΚΕΙΝΗΝΤΗΝΧΩΡΑΝΜ
ΩΟΝΚΑΙΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΣΤΕΑΥΤΟΙΣΑΠΟΚΡΙΝ
ΩΣΑΥΤΩΣΕΤΗΚΑΤΕΧΕΙΝΕΚΕΙΝΗΣΤΗΣΧΩΡΑΣ
ΕΙΚΑΣΙΝΟΥΤΩΣΔΟΚΕΙΔΕΙΝΕΙΝΑΙ·ΕΙΔΕΤΙΕΣΤΙΝ
ΕΣΤΙΝΟΥΤΩΦΑΙΝΕΤΑΙΔΕΙΝΕΙΝΑΙΞΕΝΙΑΤΕΑΥ[ΤΟΙΣ]
ΟΝΩΝΣΕΣΤΕΡΤΙΩΝΕΚΑΤΟΝΕΙΚΟΣΙΠΕΝΤΕΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝ

XXXIX. In hac Inſcriptione ſæpe occurrit Ω.

XL. Pars Baſis Statuæ, in areâ, quà ſtrata jacent marmora, infra Templum Minervæ. *Populus* poſuit *Phidium Thraſybuli, qui pueros vicit in pancratio - - - - - in Dodonâ,* ſc. Theſſaliæ.

XLI. Parva Statuæ baſis ad puteum in viâ quæ ducit a trajectu Mæandri ad vicum *Palat* ſive *Miletum. Imperatori Cæſari Hadriano Auguſto, Olympio, Servatori et Benefactori.*

XLII. Superſtitionis Gnoſticorum inſigne monumentum. Prima linea conſtat ſignis vel notis quibuſdam myſticis. Frequens ſequitur nomen *Jehova,* Græcis vocalibus expreſſum; cui quidem magnam potentiam tribuerunt iſti Hæretici. In l. 2da, Θ rectiùs fortaſſe ϵ, et c in l. 4ta, ϵ. Poſt invocationem petitio, *Serva urbem Mileſiorum et omnes incolas:* et ſubtùs, *Archangeli cuſtodite. Civitas Mileſiorum et omnes incolæ,* ſc. hæc precantur. Indicat Inſcriptio fuiſſe Sectam haud minus indoctam atque barbaram quam abſurdam. Vide *Wheler.* p. 270. *Spon.* p. 154. *Montfauc.* t. 2. lib. 3. Eandem verborum formulam infrà iterum inſcribere cœperunt, ſed vix unam lineam perfecerunt.

XLIII. Inſcriptio

XLIII. Inſcriptio, literis magnis, in marmore candido poſt Theatrum, inter dumeta et ædificiorum rudera, reperto. Sæpe occurrit Υ et ϒ; ad hanc formam toties exprimendam typos non habuimus. MS. *Sherard.* p. 63.

Miletus, Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΤΗΣ ΙΩΝΙΑΣ *Murator.* Inſc. p. 1059; Ioniæ caput. *Plin.* l. 5. Condita fuit ab ipſo Neleo Ionum, qui in Aſiam migraverunt, principe. πολλα δε, inquit *Strabo*, p. 635, της πολεως εργα ταυτης· μεγιστον δε το πληθος των αποικων· ό τε γαρ Ευξεινος ποντος ύπο τουτων συνῳκισται πας και ή Προποντις, και αλλοι πλειους τοποι.

XLIV. Marmor literis magnis inſcriptum, inter dumeta poſt Theatrum repertum. l. 2. ſuppl. ΚΑΤΑΤΑ

XLV. Baſis Statuæ, ibidem, literis non pulchris, hac ϒ. Sophiſta fuit Epheſinus, nomine Damianus, cujus vitam ſcripſit Philoſtratus.

XLVI. Marmor, terrâ ferè ſepultum, prope Theatrum.

XLVII. In pariete. l. ult. ſuppl. ΝΟΥ[Σ] Ζ[ΩΣΑ] *Monumentum Ariſtes Maias* f. *Plutogenis. Vivens fecit.*

XLVIII. In Urna ſepulchrali, formâ quadratâ, prope puteum.

XLIX. Hæc bis legimus, & in utroque lapide inſculpta fuit bipennis, ſicuti in *Marm. Oxon.* p. 10. De Jove Labrandenſi ejuſque ſymbolo vide *Oderici Diſſert.* p. 265.

L. *Heraclides* f. *Sotadis Neocorus, Hecati,* ſc. Deæ dedicat. Vide Inſc. LV.

LI. Intùs, in ſaxo quodam excavato, ſacræ effigies pictæ conſpiciuntur, cum hac Inſcriptione in nigro colore. Sic eam legimus, Υπερ ευχης και σωτηριας Γεοργιου Υποδιακονου και των γονεων αυτου Ποπλιος Π . . . λιας εκαλλιεργισεν των αγιων . . . .

LII. In magno lapide, ad locum in quo, uti videtur, Ptolemæi ſtetit ſepulchrum. Α, hac formâ. *Baſi* fuit olim *Myus,* ut alio loco oſtendam; et in ruinis ejus occurrebant marmora, in quibus legi ΟΔΗΜΟΣ.

LIII. In via quæ ducit ab urbe Mylaſa, nunc *Melaſſo,* ad *Mendelet,* ſtat Templi ruina. Theatri locus et rudera quædam prope viſuntur, ni fallar, vici olim dicti *Labranda.* Extant hæc ſepties inſcripta in columnis.

LIV. In quinque aliis ejuſdem Templi columnis hæc legimus.

LV. In ruinis ad Iſthmum Iaſi, ſive ut Turcæ locum vocant *Aſſyn. kaleſi,* literis magnis et bene inciſis.

LVI. In unâ lineâ, literis permagnis pulchriſque. *Zopater* f. *Epicratis, qui choragus fuit, et Agonotheta et Stephanephorus, analemma, et ſuper ipſum radium, et pulpitum Baccho & Populo* dedit. "Analemma eſt ratio conquiſita Solis curſu et umbræ creſcentis a brumâ obſervatione inventa, e quâ per rationes Architectonicas, circinique deſcriptiones, eſt inventus effectus in mundo." *Vitruv.* l. IX. c. IV. Analemmata longè ante Horologia et ab iis diverſa. Vide *Baldi Lex. Vitruv.* Gnomonis uſibus inſerviit, uti videtur, ἡ κερκις. Locus pulpiti fuit in Orcheſtrâ. *Wheler.* p. 273.

LVII. Inſcriptio cujus partem in Epiſtylio ad Iſthmum reperimus, quam autem fere integram, uti damus, vidit Cel. *Wood.* Literæ ornatæ ſunt magis, quam quæ typis poſſint exhiberi, aut quibus utebatur priſca ætas, cui indoles ſimplex ſimul atque elegans, & quæ tale nihil exquiſivit.

LVIII. Marmor candidum, literis pulchris et antiquis, hac Π et Ϝ; ad Iſthmum in eccleſia (quæ in ruinis et ſine tecto) poſitum ceu ἁγια τραπεζα. l. ult. ſupplevimus ρα[βδοις] nimirum virga ſive ſceptrum fuit antiquitùs, uti eſt hodiè, inſigne venerandorum virorum Judicum; idque Areopagiticis in manus tradidit Præco. Vide *Meurſ. Areop.* p. 2125.

Inſula

Insula fuit Calymna, sic enim Scylax, p. 91; et una e Sporadibus, melle præstans, quod vel cum Attico certaret. Nonnullis vocatur Calydna. *Strab.* p. 489. Vide *Comm. in loc.* et p. 237.

Prope Isthmum extant fornices magno alicui ædificio quondam suppositæ, nunc paucorum Græculorum domus atque refugium. Ad fores in poste marmoreâ est Inscriptio valde imperfecta, argumento non dissimili, exhibens decreta a populo nescio quo facta in honorem Civitatis Iasiorum propter beneficia in se collata, et præcipue ob legatos, qui rem publicam componerent, missos.

LIX. Marmor, quod, cum duobus quæ sequuntur, reperimus in litore prope urbem Chiûs, in cymbâ saburræ loco transvectum a Continente Asiæ, uti narravit lapicida Græcus, cujus erant. Iasiorum esse ex ipsis constat. Unum fuit pars postis ante Curiam, aliud in Foro positum.

1. Hæc Inscriptio ad tempora Alexandri Magni referenda est. Pulchriores literas in lapide haud unquam vidi. ⊙ sic.

2. Ex alio latere.

3. Ex tertio. Aliam partem exscribere non potui.

LX. Hoc Marmor ab unâ tantum parte inscriptum fuit.

LXI. Marmor a tribus lateribus inscriptum. Г sic, ut in cæteris.

Decretorum istorum fere unus est idemque tenor. Lacunas facile supplebit eruditus Lector, cui erunt auxilio quæ sine versione dedimus.

LXII. Plurima restant Iasiorum sepulchra extra Isthmum, ubi in marmor inscriptum sed mutilatum incidi; cujus lineas imperfectas in chartam retuli. Postea Inscriptionem, cujus dimidium habui, integram extare comperi *Wheler.* p. 274. *Spon.* t. 1. p. 161. Scilicet post ann. 1673, in quo desumptum fuit illorum exemplar, fracto lapide, pars tantùm remansit. Hæc autem in causâ est, cur tota Inscriptio jam prodeat mendis, quam antehac, paucioribus.

LXIII. In magno lapide extra Isthmum.

LXIV. Ara, uti videtur, *Bonorum Deorum*; quos multùm colebant Mylassenses. In aliis urbibus frequens fuit in marmoribus *Bona Fortuna*; in Mylasâ isti præcipue occurrebant. Vide *Pocock.* p. 15. p. 16.

LXV. Inscriptio in Columnâ, quæ Statuam olim sustinuit. *Wheler.* p. 277. *Spon.* p. 363. De Euthydemo vide *Strab.* p. 659.

LXVI. Fragmentum pulcherrimis literis inscriptum, hac Α, et Ξ pro Ξ uti in Marmore Bosporano, quod ætatem Alexandri Magni sibi vindicat. Vide *Chishull.*

Mylasæ vidimus Inscriptionem Pocockianam, p. 15. n. 4. partemque exscripsimus. l. 2, ΠΕΝΤΑΙΟΝΠΡΟΕΚΠΕΠΛΕΥΣΑΝΕΙΣΦΕΡΕ l. 3, ΤΑ ΝΗΣΟΥΤΕΚΑΚΟΠΛΟΙΑΣΛΟΓΟΝ — ΡΩΜΑΙΩΝΣΤΕ l. 4, ΑΙΕΝΤΥΧΩΝΑΥΤΟΙΣ — ΕΝΝΟΙΑΝ l. 5, ΝΟΜΕΝΟΣ — ΗΡΩΩΝΑΞΙΩΣΤΗΣ l. 6, ΗΣΑΙΕΙ — ΑΝΤΕΧΟΜΕΝΟΣ l. 7, ΜΕΤΑΤΩΝΣΥΝΑΡ l. 8, ΕΧΟΡΗΓΗΣΕΝΕΙΣΤΗΝΔΙ ΑΠΡΑΣΙΝΤΩΝΩΝ l. 9, ΑΥΞΕΙΝΤΑΚΑΤΑΤΗΝΑΓΟΡΑΝ — ΥΔΩΝΚΑΙ l. 10, ΚΑΙΔΙΟΛΟΥ — ΑΓΑΘΩΣΠΡΟΣΦΕ l. 11, ΤΩΝΓΡΑΜΜΑΤΩΝ l. 12, ΤΑΚΡΑΤΙΣΤΑΥΠΟ l. 13, ΩΝ — ΣΥΜΦΕΡΟΝΤΩΝ *Pocock.* p. 15. n. 5. l. 5. legimus ΜΑΙΣ

LXVII. Responsum, ni fallar, *Jovis Paremerii populo* Stratonicensi, *qui eum rogavit per Philokalum secundâ vice Oeconomum, utrùm instarent* . . . . . *barbari loco campestri, currente anno.*

Deus

Deus verò oraculum edidit " vos in acie collocatos videns, non habeo unde causam conjecturâ assequar, neque enim ego Civitatem vestram vastaturus immisi, neque servam ex liberâ facturus, neque bonorum quicquam ablaturus. Vix dubitem, quin cives arma deposuerint, Deo freti; quem quidem haud consultum crederem ante quam barbari, qui minabantur incursionem, paratis hostibus, consilium mutassent. Marmor ferè celatum est solo. Quæ supplendæ sint literæ, ex versione satis patebit. Bis aut ter occurrit Ω In MS. *Sherard.* p. 49. l. 2, incipit ΚΑΙΣ***ΠΙΣ l. 3, ΑΛΙΤΡΙΟΙ

LXVIII. Marmor incisum verborum formulâ, quâ Poeta vel Scriptor aliquis, nescio an Sosander de quo mentio in Monumento Stratonicensi *Chish.* p. 158, librum seu pugillares dedicavit Diis Aphesiis. l. 1, μνημοσυνον ανθρωποις l. 2, Μȣσων προςαγ. l. 6, αριθμησας l. 7, και ȣλως l. 9, δυσαγγελιαις τυχων l. pen. et ult. θεοις Αφεσιοις. Fracto lapide periit alia columna, exceptis quibusdam literis initialibus. E et H sic plerumque. MS. *Sherard.* p. 49. De hac Inscriptione, et illâ, quæ sequitur, intelligendus est *Chishullus* p. 162, "In duabus, quas daturi sumus Stratoniceæ urbis Inscriptionibus occurrunt Διος Ῥεμβεινοδȣ et Διος Σεραπεως diversa ejusdem numinis cognomina. Quorum quidem Ῥεμβεινοδος poeticum quid et Deæ Triviæ cognatum sapere videtur."

LXIX. Δ sic. MS. *Sherard.* p. 47. ubi l. 1, ΖΗΝΙΠΑΝΗ***ω *Pocock.* p. 14.

LXX. Basis Statuæ in ruinis Theatri. Α et Υ sic. Jovis Panamari est mentio in Inscriptione Stratonicensi, *Pocock.* p. 14.

LXXI. Basis magna ad tugurium prope sepulchra. MS. *Sherard.* p. 47. *Pocock.* p. 13.

LXXII. Ara in pariete infixa. MS. *Sherard.* p. 46. l. ult. ΚΟΣ. *Pocock.* p. 13. l. ult, ΚΟ In utroque l. 6, pro ΛΑΟΥ uti nos legimus, ΜΟΥ.

LXXIII. In domûs pariete.

LXXIV. Ara sepulchralis. l. 2, fortasse legend. ΑΡΤΕΜΙΣΙΑ. *Comyriacus et Artemisia Carpo filio memoriæ ergo posuerunt.* MS. *Sherard.* p. 46.

Ann. 1709. Cl. *Sherardus* exscripsit monumentum Stratonicense a *Chishullo*, p. 156, editum; quod nos quoque exscripsimus. l. 2, lege ΓΡΑΜΜΑΤ[ΕΩΣΤ]ΗΣ Β. l. 3, ΠΡΟΕΣΤΩΤΩΝ — ΘΕ[ΩΝΤΟΥΠ]ΑΝΗΜΕ[ΡΙΟΥ ΔΙΟΣΚΑΙΕΚ] l. 5, ΕΧΙ — ΙΣΦΕΡ — ΙΣΤΗΝ — ΠΑΡΑΛΙΠΙΝ l. 6, ΛΙΤΑΝΕΥΙΝ — ΤΩΙΣ l. 8, ΑΥΤΟΥΣ ΕΔΟΞΕ — ΕΚΤ ΩΝΕΥΓ l. 9, ΚΑΘΕΚΑΣΤΗΝΗΜΕΡΑΝ — ΦΥΛΑΚΩΝ*** ΚΑΙΟΠΑΙΔΟΝΟ[ΜΟΣ] — ΛΕΥΧΙΜΟΝ l. 10, ΧΙΡΑΣ l. 11, ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ — ΝΙΣΤΟΥΣ l. 12, ΠΟΙΗΣΙΕΝ — ΙΣΤΟΥΣ l. 14, ΕΥΣΕΒΙΑΝ — ΑΣΤΟ[ΙΣ] . . . . — ΠΕΝΘΙ l. 15, ΕΣ ΤΩΣΙΝ l. 16, ΔΕΣΜΩ Ε l. 18, ΤΗΘΕΩ — ΠΑΤΕΡΩΝ ΚΑΙΚΑΤ l. 19, ΠΡΟΣΤΗΝΥΜ — ΣΙΝΔΙΑΕΙΣΑΓ Hæ sunt formæ quarundam literarum in marmore, in quo etiam nonnullæ sunt mutuò nexæ.

Α Η Θ Ρ Ε Ξ Ω Ω Ο Ω Ω

Ε semel occurrit pro Ε, Σ pro Σ. Prope hoc marmor et in pariete infixum reperimus fragmentum *Chishull.* p. 160, in quo præter literas usitatas vidi Α Ξ Ξ Ρ Ω. l. 1, ΙΚΟΝΑ***ΤΗΝ — ΟΜΑΤΑΠ l. 7, ΕΞΕΔΡΑ l. 9, ΕΥΣΕΒΙΑΣ — ΑΝΑΛΩΜΑ In eodem sunt pariete marmora n. LXVII. n. LXVIII. n. LXIX. Multa exscripsimus fragmenta, et in lapide bis legimus ΔΙΟΣΧΡΥΣΑΟΡΙΟΥ.

LXXV. Integer

LXXV. Integer hic *Appii* Sarcophagus aquam recipit fontanam.

LXXVI. Ad fontem in tramite qui ducit ad *Casabár* seu *Durguthli.* Λ sic. Inscriptio valdè mendosa, quam nunc interpretor. *Antiochus* f. *Antiochi (et Thraso patruus illorum) Thrasoni et Antiocho filiis ejus, quibus infelix fuit: quibus nemo, præmio ab iis accepto vel datâ terrâ, solum injecit.* l. ult. χθονα τις τη[ν γην ενεβαλεν.] Non inusitatum fuit antiquis locum emere, in quo sepelirentur. In lacu Gygæa periisse Antiochum et Thrasonem puto, et, corporibus non repertis, vel injecto ter pulvere caruisse, quod pro magno infortunio habuit illorum pater.

LXXVII. In magno marmore, in ruinis vasti alicujus ædificii prope Circum seu Amphitheatrum.

LXXVIII. Inscriptio in fornice marmoreâ Circi seu Amphitheatri. Lineæ sunt numero quatuor, ab initio et fine terrâ celatæ. *Rycaut* p. 61. l. 3, ΤΟΥΤΟΝΤΟΝΑΙΘΟΝ *Smith.* Not. Sept. Eccl.

LXXIX. Basis Statuæ solo ferè sepulta prope ruinam uti videtur, Gymnasii.

In alio marmore legimus ΙΟΥΛΙΑΔΟΜΝΗΣΕ[ΒΑΣΤΗ]

LXXX. In Theatri pariete. *Smith.* p. 37. MS. *Sherard.* p. 65. In aliis ejusdem locis legimus ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣ et ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΡΧΗΓΕΤ[ΕΙ] et

ΕΙΛΕΩΣΥΜΕΙΝΩ

ΑΡΧΗΓΕΤΗΣ

LXXXI. Inscriptio, literis magnis, in sepulchro sive Heroo stante sed sine tecto. *Smith.* p. 38.



SYLLABUS ET NOTÆ.

PARS II.

*I. INSCRIPTIONEM hanc interpretandam atque illuſtrandam eruditis Antiquariis jam olim propoſui. Eandem hìc inſerendam duxi, verſione, quali potuimus, paucisque Notis commendatam.

Priſci Athenienſes literas tantum ſedecim habuerunt, quas a Cadmo in Græciam allatas primi acceperunt; unde et inventum quoque illas ſuum, ſicuti fruges atque leges jactitabant. Hæ dicebantur Αττικα γραμματα *Atticæ literæ*, et ab inventore Cadmo Καδμεια γραμματα *Cadméæ literæ*. Veteres has Cadmi literas ad Euclidem uſque Archontem Athenis duraſſe ſcribit *Syrianus, Comment. in Hermogen.* Ἡ γουν κατα Καδμον Γραμματικη επι τε των Τρωϊκων εκειτο, και μεχρι των Ευκλειδου —— αρξαντος διεμεινε χρονων, *itaque ſcribendi ratio a Cadmo inventa, et Trojanis temporibus inſtituta fuit, et ad Euclidem uſque —— Archontem permanſit.* Τους δε Αθηναιους, hæc *Suidas*, επεισε χρησθαι των Ιωνων γραμμασιν Αρχινος ὁ Αθηναιου επι Αρχοντος Ευκλειδου, *ut Ionum literis uterentur perſuaſit Athenienſibus Archinus Athenæi filius, Archonte Euclide.* Athenienſes pro ſedecim literis ex eo tempore habuêre viginti quatuor; et obtinuit non ἡ κατα Καδμον, ſed ἡ μετ' Ευκλειδην γραμματικη. Vide *Corſin. in Euclide*, et *Meurs.* de *Fortuna Athen.* p. 1723. Euclides Archon fuit An. $\frac{1}{2}$ Olymp. XCIV; Diocles, ſub quo exarata fuit noſtra Inſcriptio, An. $\frac{3}{4}$ Olymp. XCII, ſex annis ante Euclidem.

De literarum Græcarum antiquiſſimis formis et vocalium poteſtate conſulat Lector accuratiſſimam Cl. *Chiſhulli* Diſſertationem in Sigeam Inſcriptionem. In hac Athenienſi, quæ occurrunt minùs uſitatæ, ſunt ᛚ ſc. *Gamma*, et L ſc. *Lambda*. Character H non vocalis ſed ſpiritus nota cenſeri debet. Vocalibus longis H et Ω nondum receptis, brevibus longarum loco utebantur; τῳ ε αντι του η, και τῳ ο αντι του ω· εγραφον ουν, inquit Euripidis Scholiaſtes ad Phœniſſ. v. 683, τῳ δημῳ μετα του ι δημοι, ubi corrige δεμοι. Genitivi caſus in ΟΥ poſtea terminati, hìc per Ο nudum ſcribuntur; uti l. 1, ΤΟΝΕΟΤΟ. Sic quoque Ε pro ΕΙ, uti l. 53, in voce ΕΠΙΘΕΝΑΙ Pro duplicibus literis Ξ et Ψ legimus ΧΣ et ΦΣ.

l. 1, Inſcriptio ſpectat *ad templum in arce, in quo fuit vetus ſimulachrum*, illud nimirum Minervæ Poliadis, το εξ αρχης γινομενον, uti Scholiaſtes ad Orat. Demoſth. in Androtionem; et de quo Pauſanias in Atticis, p. 24. το δε ἁγιωτατον εν κοινῳ πολλοις πρoτερον νομισθεν ετεσι συνηλθεν (ετεσιν η συνηλθον legit *Loeſcherus*) απο των Δημων, εστιν Αθηνας αγαλμα εν τη νυν Ακροπολει, τοτε δε ονομαζομενη πολει. Φημη δε ες αυτο εχει πεσειν εκ του ουρανου. και τουτο μεν ουκ επεξειμι, ειτε ουτως, ειτε αλλως εχει. *Omnium verò ſanctiſſimum Minervæ Signum a cunctis habitum illud eſt in arce, tunc urbe dictâ poſitum, multis annis ante quam e municipiis et pagis Athenienſes coiſſent; delapſum coelitùs ferunt: ſed mihi id neque affirmare neque refellere eſt animus.* Tertio poſt Dioclem anno, $\frac{2}{3}$ Olymp. XCIII, conflagravit hoc ipſum, uti videtur, templum; *Xenoph. Hiſt. Græc.* l. 1, τῳ δ' επιοντι ετει, —— ὁ παλαιος της Αθηνας νεως εν Αθηναις ενεπρησθη. Idem a Strabone vocatur ὁ αρχαιος νεως ὁ της Πολιαδος.

Deeſt nomen Epiſtatæ. Neſcio an *Braſidas.*

l. 6. Tribus Athenienſes ſingulæ ſua anni parte Populo præſidebant. Id temporis ſpatium Πρυτανεια, *Prytania* dicebatur; Tribus, πρυτανευυσα; Cives, qui ex Tribu imperante electi fuerant, Πρυτανεις *Prytanes.* Tribus quæque ſuum ordinem ſortiebatur. Tribuum Scribæ ſuum quoque locum fortaſſe ſortitò habuerunt. *Cephiſia, Angele,* &c. ſunt Populorum Atticorum nomina, de quibus vide *Corſin. Faſt. Attic.*

l. 9. *Oppidum Cecrops a ſe appellavit Cecropiam, qua nunc eſt arx Athenis.* Plin. VII. 56. ανω γε εν τη Ακροπολει Κεκροπος εςι ταφος, παρα την Πολιυχον αυτην. *Theodoret.* l. VIII. *Therap.* Heroum, uti videtur, Cecropis, dictum Cecropium, fuit prope Minervæ Poliadis templum.

l. 45. Nota eſt de Pandroſo ejuſque ſororibus, Cecropis filiabus, fabula. Templum in arce habuit.

l. 47. Ανθεμιον. τοπος Αθηνησιν, εν τη Ακροπολει. *Heſych.* Puto, ubi fuit equus viro adſtans, Anthemionis donarium, quod in equeſtrem ordinem a mercenario tranſlatus eſſet. Vide *Pollux.* l. VIII. c. X. Solon Athenienſes in quatuor claſſes diſtribuit. In ultimâ erant Θητες nuncupati, in ſecundâ Ἱππεις.

Quod ad verſionem noſtram attinet, opus inveni difficile, et in quo non potui mihi ipſi ſatisfacere. Sæpius ſum ſuſpicatus me nec veram Inſcriptionis lectionem in minuſculis Græcis literis, nec ſenſum in Latinis aſſecutum fuiſſe. Plura vocabula ſunt architectonica et inuſitata; ex quibus nonnulla omnino deſunt Lexicis, aut reperiuntur ſenſu non commodo; in quo numero ſunt μασχαλιον, αντιμορος, κορος, μετωπον, ἁρμος, quæ, cum cæteris, interpretanda viris doctioribus relinquo. Vocum, quibus in verſione cum Vitruvio utimur, ſignificationem explicabit *Baldi Lexicon Vitruvianum.* Conjecturis magnus eſt locus; l. 19, neſcio an γωνιδιον, l. 29, κιονοκρανον, l. 95, ισολιθοι. In pede ſunt quatuor palmi, in palmo quatuor digiti.

In arce Athenarum etiamnum reſtant ruinæ templorum Minervæ Poliadis et Pandroſi, et Erecthei ſive Neptuni; quæ tria ædificia erant vicina et contigua. Unus et idem fuit aditus Templorum Minervæ et Pandroſi; unde, quod legimus, Canis in Poliadis fanum ingreſſa ſubiit in Pandroſéum. Vide *Meurs.* Cecropia p. 942. Sed hæc ædium illarum diſpoſitio nova fortaſſe, et non niſi poſt inſcriptum marmor et templum Poliadis iterum neque a Perſis, incenſum, inventa.

II. Marmor in pavimento porticûs Moſcheæ, quæ in arce ſeu Acropoli. Literæ ſunt ςοιχηδον diſpoſitæ; in pluribus lineis una et quadraginta, ſed in omni eundem fuiſſe numerum non conſtat. Poteſtatem habent ſingulæ quam in præcedenti marmore, atque formam, quod notandum eſt in *Gamma* et *Lambda.* Prioris loco utimur Λ, ut quæ propior illi quam Γ. Inſcriptio eſt pedibus trita, et legi difficilis. Sic fortaſſe olim incepit. Αναγραφε τον αναλοματον τες Αρχες· Επιμελεθεντος το Αρχιπρυζανιδες . . . . . . και τον συναρχοντον αυτο . . . . . . Ταδε αναλοκαμεν. Vide p. 17. Inſc. XLIII. Neſcio an collegæ milites fuerint οἱ τοξοται, de quibus *Suidas.* Τοξοται. οἱ δημοσιοι ὑπηρεται, φυλακες τυ αςεος, τον αριθμον χιλιοι &c. *Sagittarii miniſtri publici, cuſtodes urbis, numero mille.* Αθλοθεται *munerarii* in certaminibus præmia contendentibus partim ex ſuo, partim ex publico ære proponebant. Ἑλληνοταμιαι, *Græciæ Quæſtorum* munus fuit pecunias excipere et adminiſtrare, quæ ex parte Græciæ Athenienſibus parente colligebantur. Vide *Herodot.* in *Uran.* Inſtituti ſunt eo anno, quo primùm Ariſtides ſociis tributa indixit. l. 18. Urbem Thermam, poſteà Theſſalonicen, atque regionem *Eordiam* dictam in Macedoniâ aliquando tenuerunt Athenienſes. Vide *Thucyd.* Sed alio fortaſſe modo legendus ſit atque interpretandus Inſcriptionis locus.

III. Fuit immenſus ferè theſaurus, qui in arce Athenarum olim reponebatur. Cum Peloponneſiorum copiæ in Atticam irrumperent, Pericles Athenienſes confidere juſſit, ανευ της αλλης προσοδυ, ὑπαρχοντων εν τη ακροπολει ετι τοτε αργυριυ επισημυ ἑξακισχιλιων ταλαντων. — χωρις δε, χρυσιυ ασημυ και αργυριυ, εν τε αναθημασιν ιδιοις και δημοσιοις, και ὁσα ιερα σκευη περι τε τας πομπας και τυς αγωνας, και σκυλα Μηδικα, και ειτι τοιυτοτροπον, υκ ελασσονος ην η πεντακοσιων ταλαντων, *præter alios proventus, quòd vel tunc ſex millia talentorum argenti ſignati in arce adhuc eſſent. — Præterea vero auri et argenti non ſignati, cum in privatis, tum in publicis donariis, et ſacra vaſa, quotquot vel pompis vel certaminibus ſerviebant, et Medica ſpolia, et ſi quid aliud hujuſmodi erat, non minoris erant, quam quingentorum talentorum.* Thucyd. l. 2.

Singulis

Singulis annis, uti videtur, donaria inſcripſerunt in marmore; unde *Pollux.* l. x. c. XXVIII. και ϛαθμια δε χαλκα, εν τη επ᾽ Αλκιϐιαδȣ Αρχοντος αναγραφη των εν Ακροπολει αναθηματων αναγεγραπται, *et pondera ænea in recenſione donariorum quæ ſub Archonte Alcibiade in arce dedicabantur, inſcripta ſunt.*

Quæſtores Deæ Deorumque, Græcè οἱ ταμιαι της Θεȣ και των Θεων nominati, erant ſorte lecti ex iis qui Πεντακοσιομεδιμνοι *Quinquemodiales* appellabantur. Hi, præter mulctas, Minervæ ſignum, et victorias, et alia ornamenta, et pecunias in conſpectu Senatûs receperunt; et ſacrorum ornatum in publicis ſupplicationibus obviam Senatui euntes deferebant. Ex iis nonnulli dicti ſunt εφοροι.

Locus in quo Quæſtores aſſervabant ſacras opes, χρηματα και των αλλων ἱερα θεων, και της Αθηνας, dictus *Opiſthodomus,* fuit duplici muro communitus, per quem unâ tantum januâ intrabant; in arce mediâ; poſt Minervæ templum, ſive, pars ejus poſtica. Sed vide *Meurs. Cecrop.* p. 946. *Att. Lect.* p. 1923. Fuit in arce Poliadis templum, et aliud Minervæ, *Parthenon* dictum atque *Hecatompedon,* ſc. *Centipedum,* curante Pericle ædificatum, et majus eo quod incenſum fuit a Perſis pedibus quinquaginta. Inſcriptiones noſtras n. III. n. IV. I. 2. n. V. hæc illuſtrant.

Marmor hoc, n. III, repertum in ruinis Templi *Hecatompedon* dicti, ſervatum in Monaſterio Gallico Athenis vidi, et diligenter exſcripſi. Poſteà, quod dolui, pater reverendus Lodovicus, Capucinus, ejuſdem præfectus, qui novam ſibi parabat culinam, cum ſcalam, quæ ab atrio ducit, extrueret, illud, inſigne Antiquitatis monumentum, eidem pro gradu, inverſâ facie, inſerendum opificibus permiſit. Exaratum fuit ϛοιχηδον; literis Γ, Λ, formâ eadem quâ in Inſc. I; 𐅄, ſic; cum Η numeri vel ſpiritûs notâ; et vocalibus brevibus idem atque in illâ pollentibus. In hunc modum legimus, et quas poſſumus, lacunas ſupplemus.

Ταδε παρεδοσαν ηαι τετ7αρες αρχ . . . .
ια τοις ταμιαις· Πυθοδορος Ηαλαι[ε]ι . . . . .
ευς εγραμματευε· ηοι δε ταμιαι ηοι [ε]φο[ροι ταυτα πα-]
ρεδοσαν τοις ταμιαις· Ανα[χ]σικρατει Λα[. . . . Ευφανος Προσ-
π]αλτιος εγραμματευεν εν τοι νεοι τοι [Εκατομπεδοι· εις το παν : . .]
ΔΔΔΔ⊢⊢⊢⊢ Κορε χρυσε επι ϛελες αϛα[θμος χρυ-]
σον ϛαθμον τουτοιν 𐅄ΔΔΔ [Στ]εφανος χ[ρυσος Φιαλαι αρ-]
γυραι ΠΙΙΙ ϛαθμον τουτον 𐅅ΗΗ [Κ]αρχεσι[ον αργυρον Δι-]
ος Πολιος ϛαθμον τουτο ΗΗ Στεφανος [ϛαθ-]
μον ταυτης 𐅄Δ⊢⊢⊢ Στεφανοι χρυσοι ΙΙΙ[Ι ϛαθμον τ-]
ουτο ΔΠ⊢⊢⊢ΙΙΙ Χρ[υ]σιδε ΙΙ ϛαθμον τουτοι[ν 𐅄⊢⊢⊢]
Χρυσις ϛαθμον ταυτες ΗΔΠ⊢⊢⊢⊢ Στεφ[ανος ϛαθμον]
ταυτες Η𐅄ΔΔΔΔ⊢⊢ Θυμιατεριον αργυ[ρον . . .]
ος ϛαθμον τουτο ΧΗΗ𐅄 Στεφανος χ[ρυσος ϛαθμον του-
τ]ο ΔΔΠ
[Ηοι δε] ταμια[ι] τον ηιερον [χ]ρεματο[ν ανεγραφσαν
ταυτα]οισε . . . . ενο . Ευφανος Προσπ[αλτιος· Λυ-
σικλ]ες Δρακ[ο]ντιδο Βατεθεν εγραμμ[ατευε· δεδ-
εγμ]ενοι παρα τον προτερον ταμιον η[οι μεν ανεθεσ-
αν ε]ν τοι νεοι τοι Εκατομπεδοι· Φιαλ[αι αργυραι ΠΙΙΙ Κορε χρυσε ε-
π]ι ϛελες αϛαθμος Απο[ραν]τεριον [αργυρον . . .
. . Δ Στεφανος χρυσος ηον ΙΙ εν
. . ΗΗΗ Καρχεσιον αργυρον ϛαθ[μον τουτο ΗΗ ϛαθμον το-
υτ]ο ΗΗ Στεφανος χρυσος ϛαθμο[ν τουτο Στε-
φα]νοι χρυσοι ΙΙΙΙ ΗΔΔΔΠΙΙ Στεφανο[ι χρυσοι . . .
. . Η𐅄ΔΔΔΔ⊢⊢⊢ΙΙΙ Χρυσις ϛαθμ[ον ταυτες ΗΔΠ⊢⊢⊢⊢ Στεφα-
νο]ς

νο]ς χρυσος ϛαθμον τȣτο ΔΔ[Π . . .
ϛαθμον τȣτο Χ Στεφανος [χρυσος . . . .
Στεφανος χρυσος ϛαθμον [. . Χρυσιδε ΙΙ ϛαθμον το-
υ]τοιν 🅇 ⊢⊢⊢
[Τα]δε ηοι ταμιαι τον ηιερον χρε[ματον ανεγραφσαν . . . . .
. . οι Λυσικλες Δραχ[ο]ντιδο Βα[τεθεν . . . .
. . ικο Περγασ[ε]θεν ε[γραμ]ματε[υε· δεδεγμενοι παρα
. . τ]ον προτερον ταμιον [ηοι μεν ανεθεσαν εν τοι νεοι τοι
Εκατ]ονπεδο[ι] Φιαλαι χρ[υσαι
απ]οραντ[ε]ριον αργυρον [Στε-
φανος χρυσος η]ον ηε Ν[ι]κε εχει ϛαθμ[ον τȣτο 🅇 ΔΓ⊢ΙΙΙ ΙΙ
ρον ϛ[α]θμον τȣτο
ς ϛαθμον τȣ
ον τȣτον Η

l. 1. Neſcio an Αρχαι. In fine ſupplerem επετε- ex Inſc. IV. 2. l. 11, ubi legimus Ταδε επετεια παρεδομεν: vel πομπεια, quibus in Deorum feſtis utebantur. Lycurgus Rhetor, κατεσκευασε πομπεια τῃ θεᾳ, και Νικας χρυσας, και παρθενοις κοσμον εκατον: *paravit res ad pompam Minervæ et Victorias aureas et puellis ornatum centum.* Pauſan. Alcibiades *f.* Cliniæ, της πολεως πολλα πομπεια χρυσα και αργυρα κεκτημενος, εχρητο πασιν αυτοις ὡσπερ ιδιοις προς την καθ' ἡμεραν διαιταν: *quum teneret multa urbis aurea et argentea vaſa pompis deſtinata, uſus fuit omnibus illis, tanquam propriis, ad quotidianam vitam.* Plutarch. *v. Alcib.*

l. 2. Ἁλαι fuit nomen δημȣ ſive populi. Idem fortaſſe Pythodorus ille, qui Archon ⸗ Olymp. XCIV, anno ante Euclidem; qui annus ab Athenienſibus, quoniam in illum Oligarchia incidit, Αναρχια dictus; nec Archontem nominabant, quod, haud liberis conſuetiſque ſuffragiis, ſed paucorum in imperio electus eſſet. Hinc, puto, in Marmore, quod in fine anni ejus inſcriptum videtur, Scribæ potius, quam ipſius nomen, ceu nota temporis, occurrit.

l. 4, 5. Ejuſdem anni extremâ ferè parte Athenienſes a Lyſandro Lacedæmonio obſeſſi, urbem dederunt; iiſque Εφοροι ſunt impoſiti: δημοκρατιας ετι ȣσης, της ϛασεως ηρξαν, πεντε ανδρες Εφοροι κατεϛησαν: *cum adhuc populi ſtatus permaneret, unde et tumultuari inceperunt, quinque viri Ephori ſunt conſtituti. Lyſias* Orat. XI. Hinc Ephori in marmore atque alia temporis nota, Anaxicrate ſub Lyſandro arcem tenente; iterumque, ipſo quaſi poſthabito, Scribæ nomen. Quæſtores Athenienſes, quæ ſub Pythodoro acceperant, Lacedæmoniis Quæſtoribus tradiderunt; hi verò Quæſtoribus, quibus commiſſa fuit ærarii cuſtodia. Anaxicrates, niſi e Laconiâ oriundus, fuit Λακιευς; et lacuna poſt nomen ejus ſupplenda eſt Λα[κωνι] vel Λα[κιει]. *Lacia,* nomen populi.

Occurrit l. 17, Ευφανος Προσπ . . . *Proſpalta* fuit populus. Sic in l. 18 fit mentio Lyſiclis Scribæ; et l. 32 iterum fit ejuſdem mentio, et poſt hunc Scribæ.

l. 6. In recenſione donariorum, quæ miſit Apollini Didymæo Seleucus Callinicus, apud *Chiſh.* p. 70, ſæpe legimus ολκη δραχμαι εκατον ενενηκοντα οκτω, τρεις οβολοι: *pondus drachmæ centum nonaginta octo, tres oboli*; et ſimilia. Notum verò, inquit Cl. Vir, p. 72, ſex obolos unam conficere drachmam; drachmamque auream, docentibus id Suidâ et Heſychio, decuplam fuiſſe argenteæ; adeoque eam valuiſſe monetæ hodiernæ Anglicanæ £ 0 : 6 *s* : 5 *d.* ½ i.e, ſex ſolidos, quinque denarios, cum dimidio.

Quod in illo marmore vocibus exprimitur, in hoc noſtro fit literis et notis numeralibus; de quibus vide *Corſin.* & *Taylori Diſſertat.* in Marmor *Sandvicenſe.*

l. 6. Κορε. *Proſerpina aurea, in columnella, ſine pondere.*

l. 8. Poculum inſcriptum Διος Πολιος. Jovis, qui Πολιευς dictus, ſtatuam in Acropoli, et ſacra memorat Pauſanias. Diipolia, feſtum ejus in arce celebratum.

l. 16. Alia jam ſequitur rerum priùs memoratarum recenſio, facta a Quæſtoribus opum ſacrarum, quibus erant commiſſæ ab iis qui officio præcedebant.

l. 18. *Bata* fuit δημος ſive Populus.

l. 31. Alia

l. 31. Alia ſequitur rerum ſacrarum recenſio facta a Quæſtoribus novis, qui inſcribunt quæ ab anteceſſoribus ſuis acceperant.

l. 33. *Pergaſé* fuit nomen Populi.

l. 37. Vide Inſc. IV. 1. l. 32.

IV. 1. Marmor, cum nonnullis aliis, quæ exſcribere non potui, in ruinis Templi *Hecatompedon* dicti repertum; ϛοιχηδον exaratum; lineis haud ſemper pari literarum numero deſinentibus, ſed uti in Inſc. XI. Inſcripta ſunt donaria, cujuſmodi Pericles recenſuit, ιδια και δημοσια, και ιερα σκευη, και σκυλα Μηδικα. Ex his quædam occurrunt iterum in Inſc. V. confer l. 16 cum l. 8; l. 32 cum l. 32; l. 33 cum l. 33; l. 44 cum l. 26; &c. Sic autem ſupplemus et legimus.

IV. 1.

[Θε]οι[ς]

Ο[ι ταμιαι των ιερω]ν χρηματων της Αθηνας και των α[λλ-
ων θεων επι Ιθυκλ]εος Αρχοντος, Επιχαρης Ευωνυμε[υς·
. . . . ε]υς· Κηφισοφων Παιανιευς· Χαριας Π . .
. . . . θεν· Δ[ι]ογειτων Αχαρνευς· Χαριας Π . .
. . . . τοκλης Αμαξαϛειευς· Φιλοκρατης
. . . . Αναφλυϛιος· Δισμνησιεργος Αθμο[νε-
υς επετεια μεν πα]ρεδοσαν ταμιαις τοις επι Συνιαδο [Αρ-
χοντος· . . . .]ατω Ευωνυμει· Χαεια Αραφηνιω· Δι . .
. . . . ει· Ευωνυμει Αιθαλιδη· Ευαθλω εκ Κερ-
[αμεων· . . . .]μει· Φιλω[νι]αδη Δεκελειε[ι· . . . .

. . . . Αναφλυ]ϛιω· οις Μο[ν]υχος Βȣζαδης εγραμμα[τε-
υε· δεδεγμε]νοι παρα των π[ρ]οτερ[ω]ν ταμιων των επι . . . .
. . . . Αρ]χοντος Σωκρατ[ο]ς Δαμι[α]τεως και συναρ[χοντ-
ων· . . . .]ων Ελευσινιος [ε]γραμματευε εν τω νεω τω Ε[κα-
τομπεδ]ω· αριθμω και ϛαθμω. Νικης χρυσης πρωτος ρυμ-
ος· κε]φαλη· ϛεφανη· ενωιδ[ι]ω· ορμος· υποδερις· ηλω δυο· χρ . .
. . ρ αριϛερα αμφιδεα χρυσιδια μικρα· ϛαθμον το[υτ-
ων .] Χ Δ Δ Δ Δ ⊦ ⊦ ⊦ ⊦ III Δευτερος ρυμος· θωραξ· ϛροφιον· ϛαθ-
[μον τ]ȣτων Χ Χ Δ Τριτος ρυμος· αποπλυγμα· περοναι δυο· ποδ . .
. . . ϛαθμον τȣτων Χ𐅇𐅅ΗΗ.ΔΔΔΠ⊦⊦⊦⊦III Τεταρτος ρυμος· . .
. . δεξια αμφιδεα, ϛεφανος, κατωρεδε δυο, ϛαθμον τȣτ[ων
. .] 𐅇ΗΗΗΗ𐅄ΔΠ⊦⊦⊦ Πεμπτος ρυμος· ακρο[τη]ριον χρυσιον οπ[ι-
σθ]ιον· σκελε δυο· ϛαθμον τȣτων ΧΧΧΧ⊦⊦III Θυμιατηριον [α-
ρ]γυρον, ο Κλεοϛρατη ανεθηκεν Νικηρατο, Χ, α[λλ]α [τε] ιερει[σ-
ματα] εχον· ϛαθμον τȣτων ΗΗΗ Χρυσιον απυρ[ον] σ[τα]θμον
[τȣτο] I C Αμφιδεαι χρυσαι λεπται· Πολυιππη Μελετεωνο[ς
Οιν]εως ανεθηκεν· ϛαθμον τȣτοιν ⊦ II II Στρεπτον περ[ι-
χρυσο]ν υπαργυρον ϛαθμον τȣτο 𐅄Π⊦⊦⊦IIII Στεφανος χρυ-
[σος, αρι]ϛεια της Θεο, ϛαθμον τȣτο ΗΗ𐅄ΔΔ⊦⊦IIIC Οινοχοα[ι
υπαργ]υραι III ϛαθμον τȣτων ΧΗΗΗ𐅄ΔΔΔ⊦⊦II Στεφανος χρυ-
[σο]ς, ον Λυσανδρος Αριϛοκριτο Λακεδαιμονιος ανεθηκεν,
ϛαθμον τȣτο 𐅄ΔΠ⊦III II Στεφανος θαλλοχρυσος, ον Γελων Τ-
[λησ]ωνιδο Πελληνευς ανεθηκε, ϛαθμον τȣτο ΔΠ⊦⊦III Στεφ-

[αν]ος θαλλοχρυσους, ον Ιεροκλης Φασηλιτης ανεθηκε, σταθ-
[μ]ον τουτο 𐅄Π . . ⊢ ⊢   Στεφανος θαλλοχρυσους, ον η πολις ανεθ[η-
κε, τ]α νικητηρια του Κιθαρωιδος, σταθμον τουτο 𐅄ΔΔΔΠ   Στεφ-
[ανο]ς θαλλοχρυσους, ον Αριστομαχη Αριστοκλεος ανεθηκε,
[σταθ]μον τουτο ΔΔΠ⊢III   Δακτυλιος απ[υ]ρο[ς] χρυσος, ον Πλαθο-
[ν ο Αιγ]ινητης ανεθηκε, σταθμον τουτο IC   Στεφανος χρυσο-
[ς, ον η Νι]κη εχει επι της κεφαλης· η επι της χερος του αγαλμα-
[τος του χ]ρυσο· ασταθμος   Φωκαικω στατηρε II   Εκται Φωκαι· Δε-
. . . . . . λοι Μηδικοι αργυροι ΔΙ   Υποστατον χρυσον ασταθ-
[μον   Κρατη]ρ υπαργυρος επιτηκτος ασταθμος   Εκτη Φωκαι . .
. . . . . . σφρ]αγιδε λιθινω· χρυσον εχοσα τον δακτυλιον η . .
. . . . ον   Σκαφαι χαλκαι H   Σταθμια χαλκα ΔΙ   Μαχαι[ρα
. . . . ον εχοσα· ταυτην η Βολη ανεθηκεν . .
. . . . Καρχ]ησιον Διος Πολιως αργυρο[ν . . .
. . . . Αρτεμιδος Βραυρωνιας χρυ[σ . . . .

Tres, quæ præcedunt Inscriptiones, exhibent *τα κατα Καδμον γραμματα*: hæc, quam nunc damus, *τα μετ᾽ Ευκλειδην*· receptis vocalibus longis, et Ξ atque Ψ; sed E etiamnum pro EI, et O pro OY positis, quæ Antiquitatis indicia sunt non ignobilia.

In præfatione Marmoris memorantur tres Archontes. Qui Quæstores erant *επι . . . . . εος Αρχοντος* tradebant Successoribus suis *τοις ταμιαις τοις επι Συνιαδου Αρχοντος*, quæ acceperant ab Antecessoribus suis *τοις επι Αρχοντος Σωκρατους*. Suniadis Archontis mentio est apud Lysiam: *Φησι δε ὁ κατηγορος επι Συνιαδου Αρχοντος σηκον ὑπ᾽ εμου εκκεκοφθαι* *ait porro accusator sub Suniade Archonte ramum a me excisum fuisse*: sed textum depravatum esse et rescribendum *επι Λυσιαδου* monet *Meursius*. "Ac dubitari certe non poterit, inquit *Corsinus* v. 3. p. 282, quin Lysias de Lysiade loquatur, si ratio temporum habeatur, quibus Lysias ipse floruit." Corrigendi sunt, puto, ex Lysiâ et nostro marmore Diodorus et *Anonym.* qui Lysiadem loco Suniadis posuerunt. Lysias in Atheniensium civium numerum adscriptus fuit anno ante Euclidem Archontem, $\frac{1}{1}$ Olymp. XCIV; mortuus est ann. $\frac{1}{2}$ Olymp. C; Suniades sive Lysiades Archon fuit ann. $\frac{3}{4}$ Olymp. XCV. Ante Suniadem Ithycles fuit Archon; ante hunc Aristocrates, vel, ut in Marmore nostro, Socrates.

l. 16. *Των Προπυλαιων εν δεξια Νικης εστιν απτερου ναος.* *Vestibulorum* Arcis *a dextrâ fanum est Victoriæ alis carentis.* Pausan. *Τινες δε εξηγουνται, Νικης Αθηνας ειναι αγαλμα εν τη Ακροπολει. ταυτης δε πτερυγας, χρυσας ουσας, επεχειρησαν τινες κακουργοι αφελεσθαι. Quidam vero narrant, Victoriæ Minervæ simulachrum esse in arce; et alas hujus, quæ aureæ erant, Maleficos quosdam eripuisse. Ulpian. in Timoc.* Νικης χρυσης nomen habuit, uti videtur, ab alis.

l. 21. 𐅈 puto, *quinque talenta*. Constabat talentum Atticum drachmis sex mille.

l. 26. Aurum *απυρον* describit *Diodorus Sic.* Bibl. l. 11. p. 161. v. 1. Edit. *Wess.* v. Not. in locum.

l. 27. Polyhippe, uxor viri, cujus mentio in Insc. LI.

l. 32. Lysander hic fuit qui Athenas cepit ineunte anno 1 Olymp. XCIV.

l. 41. *Τρια αγαλματα ην εν τη Ακροπολει της Αθηνας, εν διαφοροις τοποις· ἑν μεν, εξ αρχης γενομενον, εξ ελαιας, ὁπερ εκαλειτο Πολιαδος Αθηνας· δευτερον δε, το εκ χαλκου μονου, ὁπερ εποιησαν νικησαντες οἱ εν Μαραθωνι. εκαλειτο δε τουτο Προμαχου Αθηνας· τριτον εποιησαντο εκ χρυσου και ελεφαντος, ὡς πλουσιωτεροι γενομενοι εκ της εν Σαλαμινι νικης, ὁσῳ και μειζων ἡ νικη. και εκαλειτο τουτο Παρθενου Αθηνας. Tria in arce Minervæ simulachra erant, diversis locis. Unum quidem ab initio, ex oleâ factum, quod Poliadis appellabant; alterum, e solo ære, quod fecerunt cum vicissent ad Marathonem; ac* Προμαχου *hoc dicebant: tertium ex auro et ebore dedicarunt, e prælio ad Salaminem; tanto ditiores facti, quanto et victoria major: atque hoc* Παρθενου *dictum. Scholiast. Demosth. ad Orat. in Androt.* Aurea Statua in templo *Hecatompedon*

collocata

collocata fuit, a Phidiâ facta. Eam oſtendebat Pericles, Thucyd. l. ii, habere auri puri (χρυσιυ απεφθυ) pondus talenta quadraginta, ac tolli univerſum poſſe. De hac *Arrian.* in *Epictet.* l. II. c. VIII. Και ἡ Αθηνα ἡ Φειδιυ, ἁπαξ εκτεινασα την χειρα, και την Νικην επ' αυτης δεξαμενη, ἑστηκεν ὑτως ὁλω τω αιωνι. *Et Minerva illa Phidiæ, poſtquam ſemel manum extendit, et Victoriam in eâ accepit, ita in omne ævum ſtetit.* Hæc autem Victoria fuit ὁσον τεσσαρων πηχων, *quatuor cubitos magna.* Pauſan.

l. 43. Vide *Chiſh.* p. 44. de voce υποστατον.

l. 46. De ſcaphis vide *Potter.* v. I. p. 56. *Meurs. Att. Lect.* l. 4. c. IX.

l. 48. Poculum in præcedenti Inſcriptione memoratum. Vide lin. 8.

l. 49. Και Αρτεμιδος ἱερον εστι Βραυρωνιας·—τη θεω δ' εστιν απο Βραυρωνος δημυ το ονομα. *Et Dianæ Brauroniæ ſacellum eſt; — dea verò a Braurone populo dicta. Pauſan.* quem vide in *Brauron.*

IV. 2.

Ελευσινι[ος . . . . .
ατης Αισχρωνος Φαληρευ[ς . . . . .
ρα, ην Λυσιμαχη Τηλεμαχο [ανεθηκε . . .
. Ρ Ь Δακτυλιος χρυσυς [. . . Αρτεμ-]
ιδι Βραυρωνια· Δακτυλιος χρυσος και χρ[υσω . . . .
. δεδεμενον, ον Φρυνισκος Θετταλος ανεθ[ηκε . . . .
Ͱ Ͱ Ενωιδιω χρυσω II Αρτεμιδος Βραυρωνιας . . . .
ος ανεθηκε, σταθμον III C Στατηρες κιβδηλοι . . . .
μενοι, οι παρα Λακωνος· Ονυξ μεγα . τραγελαφο πεια [. . . . . στα-]
θμον Δ Δ Δ Ͱ Ь Χρυσια συμμεικτα διαλιθα και Ενωιδ[ιω . . . .
Τα δε επετεια παρεδομεν· Χρυσιον, ο Αριστοκλης ο Απο[. . . . .
ης απηνεγκεν· το απο το βαθρο το αγαλματος· σταθμον Ͱ [. . . . . . . Αλλο-]
ν χρυσιον· ο παρα τω χρυσοχοω ευρεθη· σταθμον III C Στεφ[ανος χρυ-]
σος· αριστεια της Θεο· σταθμον ΗΗΔΔΔΔΠΙC Παλλαδιον ελε[φαντιν-]
ον περιχρυσον και η ασπις επιχρυσος· ο Αρχιας εμ Πειραι[ω με-]
ν ανεθηκε· Ανδρων Ελαιοσιος απηρξατο χρυσυς ΡͰ· Θρασυλλο[ς Ευω-]
νυμευς χρυσον Ο Στατηρε II Αιγιναιω· Αρτεμιδος Βραυρωνιας [χρυ-]
σος δακτυλιος, ον Αξιοθεα Σωκλεος γυνη ανεθηκε, σταθμον Ͱ III [Α-]
ργυριον συμμεικτον ασημον σταθμον ΠͰͰͰIII Χρυσιον ασημον [στα-]
θμον Ͱ Ρ Ρ Ταδε εν τω Οπισθοδομω· Εκ της Κιβωτο της Βραυρωνι[ας με-]
ν· Ιππικος κεκρυφαλος· εχηνια· Ξενοτιμος Καρκινο ανεθηκε· Ε[ν ετ-]
ερω κιβωτιω· Σιρηνη ελεφαντινη καταχρυσος· Εν Κιβωτι[ω· ηλ-]
ω δυο· υποδερις· διοπων δυο ζευγε· τυλα υποξυλα κατακεχ[ρυσωμε-]
να· Φυσητον· μηλω δυο υποξυλω κατακεχρυσωμενω· Δακτυ[λιοι αργυ-]
ροι οκτω· προς ενι, χρυσιον απυρον· προσεστιν σφραγι[ς . . . . κι-]
τριτερινα· ενωιδια πεντε· ταυτα Θαυμαρετη ανεθηκ[ε . . . . . . γ-]
υνη· Ε[ν] Κιβωτιω· Λυριον ελεφαντινον και πληκτρον . . . .
νον ξυλινον ε[ν] Κιβωτιω ποικιλω, ο Κλειτο Αριστο . . . .
ιο Κιμωνος γυνη ανεθηκε· Εν τω Κιβωτιω ενι εγκυλ[ιομενω· Σφρα-
γ]ις χρυσον δακτυλιον εχουσα· Δεξιλλα ανεθηκε· Οχθοι[βος χρυσια]
εχων δωδεκα· Ετερος οχθοιβος χρυσια εχων ΔII· Οχθοιβος χ[ρυσια ε-]
χων ΠII· Χλιδων χρυσια εχων Δ συν τω απυρω· Σφραγιδε· Τα[λινα ποι-]

κιλα

κιλα ΙΙ περικεχρυσωμενα· Ια λυσες χρυσας εχοσα Ι Ονυξ [....... χ-]
ρυσον δακτυλιον εχων· Σφραγις, ιασπις χρυσον δακτυλ[ιον εχων·]
Σφραγις, ιασπις περικεχρυσωμενη· Σφραγις Ι υαλινη π[ερικεχρυσ-]
ωμενη, χρυσον δακτυλιον εχοσα· Σφραγιδες δυο αργυ[ραι .....
ες εχοσαι· Σφραγιδες υαλιναι ΓΙΙ ποικιλαι περικε[χρυσωμενα-
ι] εν τω μεσω απυρον χρυσιον και αμφι . . .

l. 10. Tragelaphi ſeu Hirco-cervi mentio eſt in *Diod. Sic.* Bibl. p. 163, et vide Not. in locum.

l. 11. Ariſtoclis nomen occurrit in præcedenti Inſc. l. 38.

l. 12. Εςι δε τω βαθρω τε αγαλματος επειργασμενα Πανδωρας γενεσις. *In baſi Statuæ, quæ de Pandoræ ortu traduntur, elaborata ſunt.* Pauſan.

l. 21. εςρατηγει δε Καρκινος τε ο Ξενοτιμε. *Thucyd.* l. 1. c. 23.

l. 33. ταλινα: vide *Middleton Germ. Antiq. Mon.* p. 40. p. 43. p. 39. & ſeq.
Lineæ conſtant literis quinquaginta et unâ.

* V. Marmor in pavimento caſæ repertum, a muliere viduâ cujus fuit redemptum, et cum n. I. ab arce furtim devectum; nunc penes Societatem *Dilettanti* dictam. Exaratum fuit στοιχηδον. Una linea habet literas triginta quatuor, reliquæ triginta octo vel triginta novem.

Θ[εοις]
Ταδε παρεδοσαν οι ταμιαι της Θεο οι επι Δεξ[ιθεο ...]
της Κεφαληθεν· Νικομαχος Αχαρνευς· Αι..αλ......
ταμιαις τοις της Θεο τοις επι Δι[ο]τρεφος Α[ρχοντος·]
Θερσιππω Κοθωκιδη· ...... Πιθει· Δε[ξ]ι[θ]ε[ω.....]
χαλκην την εν τω Παρθενωνι ολολ[ε]γομενον ....
ελεφαντα παρεδομεν προς αργυριον· τα σα[θμω ....
Νικης χρυσης πρωτος ρυμος· κεφαλη· σεφα[νη· ....]
Δευτερος ρυμος· θωραξ· σροφιον· περιδρα[χηλιον ...
σιω αμικα σαθμον τετων Χ ΠΗΗΗΗΗΔΔΔΠ.........
Πεμπτος ρυμος· ακρωτηριον οπισ[θ]ιον· σκε[λε δυο· ...
κα Δ ιερεισματα εχον· σαθμον συν τω χα[λκω... αρ-]
γυρον υποξυλον, ινα η Νικη, σαθμον ΧΗΗΗ.........
ινεια καμπυλα φυλλα, σαθμον ΧΧΠΗΗΗΗ.........
ΔΔΔΔΓΙΙΙ Δευτερας ΠΗΗΗΗΗΔΔΔΔΙ Τριτ[ης ....]
ΗΗΠΔΔΔΔ ΗΗ Ογδοης ΠΗΗΗΗΠΔΔΔΔ ΙΙΙΙΙ Ενατη[ς... Δεκα-]
της ΠΗΗΗΗΗΔΔΔΔΙΙΙΙΙ Τεταρτης και δεκατ[ης ......]
Εβδομης και δεκατης ΗΠΗΗΗ. ΔΔΔΔΙ Ογδοη[ς και δεκατης ..]
Μιας και εικοσης ΧΙΙΙΙΙ Δευτερας και [εικοσης ..]
Εικοσης Χ Εκτης και εικοσης ΧΓΙΙΙΙ.........
νον χρυσον υποχαλκον, ινα ο Ζευς, σαθμον [Κρατηρ Ι]
αςατον Οινοχοαι αργυραι τρες σαθμον ....
ρος σαθμον ΠΗΗΗΔΓΙ Οινοχοη αργυρα σ[αθμον. αλλ-]
η υπαργυρος ΗΙΙΙΙΙΙΙ· Σταθμον πασων ΗΗ[.... ανεθη-]

κεν

κεν ςαθμον ΠΤ ΗΔΔΔΔ·ͰͰͰͰΙΙΙ Κρα-]
τηρ Ι αςατον Κρατηρ επι[τηκ]τος επιχρυσ[ος ......
μεγαλο απο της χειρος της Νικης· Σκαφαι [χαλκαι Η ςα-]
θμον ΗΗΔΔΔΔΠΙC επ Ευβολιδο Στεφανο[ς χρυσ-]
ος, ω ςαθμον ΗΗΔΔΔͰͰΙΙΙΙΙ Στεφανο[ς ....]
Ονυξ ςαθμον ΗΗ𐅅ΔΔΠͰC Στεφανος αργ[υρος ςαθμον]
𐅅 ΔΔͰͰ·ΙΙΙ Στεφανος χρυσος, ον η Νικη εχ[ει· Λυσανδρος]
Αριςοκριτω Λακεδαιμονιος ανεθηκε· σ[ταθμον 𐅅 ΔΠͰΙΙΙΙΙ]
Χρυσος ολλα, σον Γελων Τληςωνιδο ανεθη[κε ....]
Χρυσος ολλα, σον η Πολις ανεθηκε νικητη[ριον ......
·ΔΔͰͰ Φιαλη αργυρα, ην Αριςολα ανεθη[κε ....
ιος Φαληρευς ανεθηκε, ςαθμον ΗΔ Φι[αλη ......
τηρ ανεθηκε· εφ η το Γοργονειον· ςαθ[μον ....
ΔΠͰͰΙΙΙ Κερας· εκπωμα αργυρον και πε[ριςρεπτον· Αλλο περι-
ςρεπτον, περιχρυσον, υπαργυρον 𐅅 Ͱ...........
λιθινα χρυσον εχον δακτυλιον ηδε λ........ Στα-
θ]μια χαλκα ΔΙΙ α ο δημος σηκωσαι εψ[ηφισθη ..... α-]
σημο ΔΔΔ παρακαταθηκε Αθηναια Σ[...... Κρατηρ]
αςατον Βοιδιον ελεφαντινον ςατ[ον .... ςα-]
θμον Π Παλλαδιον ελεφαντινον ον επι[χρυσον ......
δος επι[τηκ]τα υπαργυρος [σ]ταθμον ΗΗΗΠ..........
ΔΔΙΙΙ ςαθμον ΔΔΔΔΠͰͰͰΙΙ Αιγιναιο ....
.. επι[τηκ]τον παρα Δημοκλεος ςαθ[μον ....
.. σου ... χρυσον Βοιωτι . . . .

l. 2, 4. Quæstores Deæ, qui sub Dexitheo Archonte, tradunt res sacras sibi commissas successoribus suis, qui sub Diotrephe, sive Dexitrephe, Archonte. Fastos Atticos consulentibus patebit nullum esse dubitandi locum de Archontum annis. Dexitheus fuit Archon ann. ¾ Olymp. XCVIII. Diotrephes anno sequente, ¼ Olymp. XCIX. Inter hunc atque Suniadem sive Lysiadem, sub quo prior Inscriptio incisa fuit, intercesserunt anni duodecim. In hoc Marmore, ut in illo, O occurrit pro OY; et l. 22, E pro EI in voce τρες; sed l. 26, pro χερος, ut in Insc. IV. I. l. 14, legimus χειρος.

l. 9. Loricæ mentio est Insc. IV. I. l. 19. Hæc fuit fortasse, quam vidit Pausanias. Αναθηματα δε, όσα αξια λογου, των μεν αρχαιων — λαφυρα δε απο Μηδων, Μασιςιου θωραξ, ός ειχεν εν Πλαταιαις την ήγεμονιαν της ιππου. *Donaria verò, memoratu digna, ex antiquis quidem — Medorum spolia, Masistii, qui dux equitatus ad Platæas, lorica.*

l. 10. ΠΤ Puto Π et Τ *quinque talenta.*

l. 21. *Ubi Jupiter.* Fuit in arce Jovis του Σωτηρος simulachrum, qui Deus, uti tradit Aristophanes, ην ιδρυμενος Τον Οπισθοδομον αει φυλαττων της θεου. Vide *Meurs. Cecrop.* C. XXVII.

l. 27. Victoriæ sine alis simulachrum tenuit manu dextra malum Punicum, sinistra vero, galeam. C. VIII.

l. 28. Fortasse Eubulides qui Archon fuit ⅔ Olymp. XCVI.

l. 31. Vide l. 32, Inſc. præced.

l. 37. Φιλαιας Ανδοκιδην ἱεροσυλιας εγραψατο, ὡσπερ ϗκ αυτος ων, ὁ της θεας το Γοργονειον εκ της Ακροπολεως ὑφελομενος. *Philæas ſacrilegii accuſavit Andocidem, quaſi ipſe non ille eſſet, qui Deæ caput Meduſæ ex arce ſurripuit.* Suidas.

l. 44. Vide l. 14, Inſc. præced.

Marmor Sandvicenſe anno 3 Olymp. CI inſcriptum " antiquius numeralium Notarum ſpecimen ac monimentum haberi poſſe" cenſuit Cl. Corſinus. *Prolegom.* p. XXIII. Hæ autem Inſcriptiones noſtræ illi ætate antecedunt.

VI. Inſcriptio valdè inſignis; paulò poſt Euclidem Archontem, cujus in eâ fit mentio, et receptas literas Ionicas, cum adhuc O pro OΥ uterentur Athenienſes, inciſa. Dum Turcæ murum Arcis reficiebant, ex parte ejus, Orientem verſus, decidit hoc marmor ſive ſtela. Inſcriptum fuit alterum quoque latus, ſed legere non potui.

l. 8. Pandion fuit heros Eponymus, vel ex iis quorum nominibus inſigniebantur Tribus. Statua ejus, θεας αξια, in arce fuit. Vide *Pauſan.* p. 5.

l. 11. De feſtis, vide *Corſinum.*

l. 20. Andocides, qui poſt Niciam cum pueris Dionyſia vicit, ille eſt Navarchus Athenienſis, cujus mentio in Thucydide. Floruit eodem, quo Socrates Philoſophus, tempore; natus Olymp. LXXVIII. Myſteriorum proditorum accuſatus, inter ſontes patrem ſuum Leogoram nominavit. Vide *Meurſii* Attic. Lect. l. 5. c. XXIII. et *Corſin.* Faſt. Vitam ejus ſcripſit Plutarchus, qui de certamine hæc tradit, *και αυτος δε εχορηγει κυκλιῳ χορῳ τῃ αυτϗ φυλῃ αγωνιζομενῳ διθυραμβῳ, και νικησας ανεθηκε τριποδα εφ' ὑψηλϗ, αντικρυς τϗ Πωρινϗ Σελινϗ·* (ubi legit *Meurſius, αντικρυς, πωρινϗ τε λιθϗ*) *et ipſe ſe choragum præbebat cyclio choro in ipſius tribu certanti dithyrambo; et quum viciſſet, dedicavit tripodem in edito, e regione (ſc.* Mercurii a ſe nuncupati) *et quidem ex Porino lapide.* Vide Att. Lect. l. 3. c. XIV. Leogoras pater abdicavit eum propter impietatem, et a Senatu nuptias petiit, ut liberos tolleret, quando adoptivus tantum Andocides eſſet.

VII. Inſcriptio, quæ præcedit, Antiſthenem *f.* Antiphatis Cytherium cum pueris Thargelia viciſſe tradit. Idem vir, ni fallar, tripodem, quam obtinuit, vel Herois ſtatuam, vel ſacellum, vel *κειμηλιον,* neſcio quod, pretioſum dedicavit; cujus facti ne memoria periret, proſpexerunt, neque fruſtra, Contribules ejus.

VIII. Marmor literis ϛοιχηδον inciſis notandum. *Diophanes* f. *Empedionis. Victoria in Iſthmo* .... ſed nulla Diophanis inter Iſthmionicas eſt mentio. Vide *Corſini* Diſſert.

IX. Inſcriptio fortaſſe ſepulchralis, literis ϛοιχηδον inciſis, O in l. 2da pro OΥ. *Alexicles* f. *Satyri Aexonienſis* . . . Imperfecta eſt, et ſic, puto, reſtituenda. [Σ]ΑΤΥΡΟ[Σ ΑΛ ΕΞΙΚΛΕΟΣ ΑΙΞΩΝΕΥΣ]

X. Fuit olim prope Arcis introitum Cereris Chloes templum. *Pauſan.* p. 20. Hujus relliquiæ quædam ſuperſunt, haud longè a veteri ſitu, in muro Caſtri infixæ. In parte Epiſtylii, nunc ſuper portam, ad quam pro more gentis ſedet Turca cuſtos, hæc, unâ lineâ longâ, legimus.

Super eandem portam marmor vidimus, magnis literis inverſis, fumo nigrum, quod *Sponius* exſcripſit *Itin.* p. 16. Edit. 1678. Notandum eſt verò, Σ in lapide hac ſemper formâ Ε occurrere. Legimus, l. 1, ΦΛ — ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΟΣΦΛΑΜ vide *Corſin.* Not. Græc. ΦΛΑΜ et ΛΑΜ. Secunda linea incipit cum ΕΚ et definit cum ΠΟΛΙ

XI. Marmor, literis ϛοιχηδον inciſis, in caſâ cujuſdam Turcæ in pavimento infixum. Archon fuit Nicodorus anno $\frac{2}{3}$ Olymp. CXVI; quo tempore Demetrius Phalereus, Caſſandri præfectus, urbem regebat. Agathon fuit nomen fratris Caſſandri, cujus, uti videtur, filius Athenas advenit, navibus ſuis et militibus, ne timorem civibus incuteret aut ſuſpicionem vel incommodum crearet, dimiſſis. Hujus nomen dubitanter exſcripſi, literis, quaſi deditâ operâ ferè deletis.

XII. Anno

XII. Anno I Olymp. CXIX. Ευμηλος ὁ Βοσπορȣ βασιλευς βασιλευων ἑκτον ετος ετελευτησε· τὴν δὲ βασιλειαν διαδεξαμενος Σπαρτακος ὁ υιος ἠρξεν ετη εικοσι. *Eumelus Bospori rex jam sextum annum regnum administrans, obiit. Quod excipiens Spartacus ejus filius annos viginti regnavit.* Diodor. Sic. l. 20. p. 479.

Athenis, solo sterili, fuit haud raro annonæ caritas. Istis temporibus viri principes atque reges frumenti largitiones populo dividebant. "Spartacus Athenienses ad emporium ejus advenientes benigne excepit, et Populum fame laborantem dono recreavit, quod quidem bonæ suæ fortunæ apposuit; et promisit, se pro virili fore utilem iis, atque servare concordiam, quam a majoribus suis acceperat; igitur ut amicitiam antiquam renovarent, visum fuit Populo laudare regem Spartacum f. Eumelia, et coronare eum aureâ coronâ Panathenæorum magnorum tempore in Theatro prædicandâ, et statuam ejus æream in arce ponere: atque, ut sciret rex Spartacus quæ decreverat, eligere legatos ex omnibus Atheniensibus, qui ferrent decretum, et narrarent qua fuit erga illum benevolentiâ populus, et hortarentur ut ipsi pro virili rex opitularetur: porro jussit, horum unicuique dari statum viaticum: utque commentarius esset tum amicitiæ tum donorum adjunctorum, curare Scribam Prytaniæ; inscribi etiam decretum in stelâ marmoreâ et poni in arce, sumptumque faciendum inter se partiri qui rem publicam administrabant." Hæc sunt quæ discimus ex imperfectâ Inscriptione ipsius stelæ, quæ in pavimento porticûs Moscheæ infixa, et pedibus admodum trita, jacet.

l. 2, τȣς Αθηναιȣς l. 4, σπανιν l. 5, και κατα θαλασσαν l. 7, δημος ο Αθηναιων l. 8, προσελεθη — μασιν αυτȣ l. 9, την αυτȣ — ȣς . . . l. 10, πυρων μεδ — γελλεται δε και l. 11, χρειαν — τω δημω ποιων l. 12, αγαθον ετι l. 13, την φιλιαν l. 14, αυτον — παρα των l. 15, προγονων l. 18, δεδοχθαι — επαινεσαι l. 19, βασιλεα — και l. 20, στεφανωσαι — καλοκα l. 21, γαθιας — εχων διατελει l. 22, προς τον δ — στεφανον Πανα- l. 23, θηναιων — Θεατρω l. 24, ανακηρυξεως l. 25, διοικησει l. 26, τη Ακροπολει l. 28, οπως — Σπαρτοκος ταυ|α l. 29, τα ψηφισ — πρεσβευτας l. 30, τινες l. 32, ην εχει l. 33, προς l. 34, δȣναι δε l. 35, τεταγμενον εφοδιον l. 36, οικειοτητος μεν l. 37, αυτη l. 38, τον επι την l. 39, εν l. 40, στελη — το δε l. 41, αναλωμα l. 42, διοικησει

Lex fuit τον πρεσβευτην λαβοντα παρα ταμιȣ τα εφοδια, αχρι (leg. προ) των τριακοντα ημερων εξελθειν επι την πρεσβειαν. Alia fuit lex τȣς πρεσβευτας μη συμπλειν. Vide *Meursii* Them. Att. p. 1972.

XIII. *Metrotimus ex Oe* populo *dedicavit. Dinomenes* Statuam *fecit.*

XIV. Ad Arcis Propylæa seu Vestibula, a Pericle extructa, erant duæ Statuæ equestres, de quibus Pausanias, aut ex invidiâ Romanorum, quod potiùs credam, aut, quod præ se fert, ex ignorantiâ; τας μεν ȣν εικονας των ἱππεων ȣκ εχω σαφως ειπειν, ειτε οἱ παιδες εισιν οἱ Ξενοφωντος, ειτε αλλως ες ευπρεπειαν πεποιημεναι· *equestres Statuæ quorum sint, non facilè dixerim; sint ne eæ Xenophontis filiorum, an duntaxat ad decorem loci positæ.* Quod vel tacuit vel nescivit Pausanias, demonstrabit hæc nostra Inscriptio, quæ extat in magna basi ante Propylæa. Illam, locum sæpe revisens, Telescopii, minoris formæ, auxilio, accuratissimè descripsi.

Veneti anno 1687 arcem, Propylæa versus, ex opposito monte oppugnarunt; quo tempore globuli ferrei, tormentorum bellicorum ope projecti, basim percusserunt, unde desunt nonnullæ literæ, quas sic restituimus. [Ο Δη]μος Μ[αρκον] Αγριππα[ν] Λε[υκιȣ] υιον, τρις Υ[πατ]ον, τον Γαιȣ Ε[υερ]γετη[ν]. *Populus* posuit *Marcum Agrippam Lucii filium, ter Consulem, Caii amicum.*

Consul fuit tertiâ vice M. Agrippa anno U. C. 726. ante Ch. 27. collegâ Imperatore Caio Cæsare Octaviano septimùm Consule, qui ab hoc honore appellatus fuit Augustus a Senatu cæterisque civibus ex ante diem decimum sextum Kal. Februarii. *Censorin.* c. 21. Consulatum inibant Kalendis, seu primo die Januarii. Athenienses subito post hunc diem basim inscripserunt, et priùs quam iis innotuit novus ille Augusti titulus; quem, nisi ex ignorantiâ, omisisse, populi fuisset nec de Cæsare nec de Romanis soliciti.

In honorem hujus Agrippæ, puto, appellatum fuit Theatrum Athenis, in Ceramico, Αγριππειον, quod nomen bis occurrit in Philostrato. Vide *Meurs.* Att. Lect. p. 1909.

Intrantibus Propylæa fuit a lævâ manu Agrippa; a dextrâ, uti probabile est, Caius Cæsar. Basim, quam non vidimus, Inscriptionem hujusmodi habuisse non absimile est. Ο Δημος Αυτοκρατορα Γαιον, θεȣ Ιȣλιȣ υιον, Υπατον το ζ', αρετης ενεκα και ευσεβειας εις την Αθηναν. Ex prædâ Ægyptiacâ Minervæ multa consecravit Augustus Cæsar. Athenis extat ædificii pars cum Inscriptione, quæ prodit extructum fuisse donis ab illo et Julio Cæsare Minervæ Archegetidi

Archegetidi five *Ductrici* datis. Vide *Ruins of Athens*. Actiaca victoria incidit in annum U. C. 723.

XV. In tabulâ marmoreâ prope templum Minervæ Poliadis. *Populus* pofuit *Neronem Claudium, Tiberii filium, Drufum amicum ejus.*

XVI. *Populus* pofuit . . *Publium Vedium, Publii filium, Pollionem.* Vedii nomen in fragmento Ephefino vidimus, LOCO DATO · A · VEDIO · NE et in alio lapide, ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΕΣΤΙΝΟΥΗΔΙΑΣΚΑΛΛΙΣΤΗΣΞΗΣ fc. ζησα *viva fecit.* Vedius Pollio fuit Augufti Cæfaris familiaris. Vide quæ de eo ex Senecâ refert Middletonus. *Germ. Antiq. Mon.* p. 57.

XVII. *Populus* . . . . . . *Phefinum* f. *Scythini Minervæ Poliadi et Diis omnibus.*

XVIII. Extat in porticu *Parthenonis* bafis marmorea, formâ rotundâ, in fummo quafi ad aquam, quam vocant, *benedictam* recipiendam excavata. Vide *Wheler.* p. 362. *Spon.* p. 17. *Cum bonâ Fortunâ. Areopagiticum Concilium* pofuit *L. Egnatium Victorem Lollianum propter benevolentiam ejus erga fe et curam Athenarum, Rhetora.*

Lolliani vitam fcripfit Philoftratus. Temporibus Hadriani floruit; Ephefius fuit; et Athenis docuit; *προυστη δε και του Αθηναιων δημου, στρατηγησας αυτοις την επι των οπλων·* hæc autem præfectura, quæ olim cenfum fecit et cives ad bellum eduxit, tunc annonam et fori cibaria curabat. Athenis duas habuit Statuas, quarum *μια μεν επ' αγορας, ετερα δε εν τω αλσει τω μικρω, ὁ αυτος λεγεται εκφυτευσαι. Philoftr.* Meffium Egnatium Lollianum celebrant Mifc. *Sponii* p. 129.

Athenis pofitæ erant Statuæ fere innumeræ; et mos fuit, iftâ præfertim ætate, cum honorem Populus decreviffet, ex iis aliquam feligere, bafimque; illam novo capite; hanc novâ Infcriptione donandam. Tali quodam fato videtur Lollianus locum Rufo, ad quem fpectat proxima Infcriptio, ceffiffe; ex duabus ejus Statuis unâ, vel faltem bafi, in Acropolim, fedem potiorem, invectâ.

XIX. Infcriptio fæpe edita, cum verfione. Confulat Lector *Monumenta Kempiana*, inter quæ occurrit. Marmor in ifto libro defcriptum penes fpectatiffimum virum J. LOVEDAY *Arm. de Caverfham* vidimus; quod moneo, ne iterum Antiquariis fraus fiat. In bafi, literæ Λ et Δ formam femper habent, quam hîc damus.

XX. *Concilium Areopagiticum atque Populus* pofuit *Gellium Rutilium Lupum, Proconfulem, virtutis ergo et benevolentiæ.* Vide *Glandorp.* Onomaft. p. 754.

XXI. Lapis in muro prope *Parthenon* infixus, literis peffimè incifis, THOC in l. 2da pro ΤΙΤΟΣ. *Pocock.* p. 52.

XXII. Dionyfodorus, cujus ob mentionem præcipuè notanda eft Infcriptio, Archon fuit anno ÷ Olymp. CCVIII. l. 2, *ανεθηκεν.*

XXIII. Marmoris *στοιχηδον* infcripti ante Euclidem Archontem fragmentum, in pavimento porticûs Mofcheæ prope n. II. et n. XII. infixum, tributi vel foenoris exacti, uti videtur, rationem continens.

XXIV. Marmor in muro caftri infixum prope portam quæ eft ante illam ad quam fedet Turca cuftos. Portarum præfectorum quorundam nomina et tubicinis continet. Unus e Prytanum numero Epiftata dictus claves arcis fervabat. Α hac femper formâ.

XXV. Infcriptio imperfecta, fed valdè antiqua, literis ΧΣ in l. 3, pro Ξ. Marmor infixum eft fuprà in muro prope portam arcis exteriorem. Alio loco pofitum monftravit olim quantum aberat portus ab arâ duodecim Deorum. Hanc autem Pififtratus, Hippiæ tyranni filius, cum Archon effet, in foro dedicavit. l. ult. *Εισιν τεσσαρακοντ' εκ λιμενος σταδιοι* fc. e Piræo. Vide *Meurs.* Piræus c. I.

XXVI. Ab arce in urbem nunc defcendimus. Ibi olim affervabantur Solonis leges in axibus ligneis perfcriptæ, *ὧν ετι καθ' ἡμας,* inquit Plutarchus in vitâ ejus, *εν Πρυτανειω λειψανα μικρα διεσωζετο· και προσηγορευθησαν, ὡς Αριστοτελης φησι, Κυρβεις. ενιοι δε φασιν ιδιως, εν οις ιερα και θυσιαι περιεχονται, Κυρβεις· Αξονας δε τους αλλους ωνομασθαι· quarum parvas reliquias etiamnum eft videre in Prytaneo. Appellabantur autem, ut Ariftoteles ait, Cyrbes. Nonnulli vero dicunt*

cunt propriè Cyrbes esse, in quibus sacra ac sacrificia continentur; Axes quidem cæteros appellatos fuisse. — εν τω εκκαιδεκατω των Αξονων οριζει τιμας των εκκριτων ιερειων· *in decimo sexto Axium definit honores eximiorum sacrificiorum.* De Axibus et Cyrbis multa et incerta apud *Meursium in Solone.* p. 2044.

In atrio domûs Græci cujusdam, Templum Thesei versus, extat ingens tabula marmorea, duobus lateribus et parte, qua crassa est, inscriptis. Hanc tantummodò partem legere potui, quod pigebat; vellem me observasse an in marmore locus esset axi ligneæ, qua olim circumverteretur; quippe literæ sunt antiquissimæ et in eo ιερα και θυσιαι περιεχονται. Γ, Λ, et Θ easdem habent formas quas in Insc. I. p. 11.

*XXVII. Marmor, repertum in pavimento casæ prope templum Thesei, pretio redemptum, et nunc penes Societatem *Dilettanti* dictam: inscriptum στοιχηδον, literis antiquissimis; A eadem formâ, qua in Sigeo lapide; Γ, Λ, et Θ ut in Insc. I. p. 11. Quæ postrema damus, incisa sunt in parte, quâ crassus est lapis. Aliud quoque latus inscriptum fuit, et in illo tria puncta ⋮ voces plus una vice disterminant.

Scambonidæ, populi nomen: sed quod præcipuè notandum est, *tres Deos jurare jussit Solon in Axibus.* sc. Ἱκεσιον, Καθαρσιον, Εξακεστηριον, *Supplicem, Expiatorium, Depulsorium.* Vide *Hesych.* et *Poll.* l. 8. c. 9. 51.

*XXVIII. En! fragmentum βουστροφηδον inscriptum; in muro repertum; nunc penes Societatem *Dilettanti.* Aliud, sed minutum, vidi in plateâ non longè a Monasterio Capucinorum, in pariete infixum.

XXIX. Marmor in pariete Ecclesiæ dictæ *Panagia Spiliotissa* infixum.

l. 3. Fœmina seu virgo, cujus nomen deest, imagunculam, puto, Veneris, aut pupam dedicavit. Sic in *Persio* 2. 70 —— Veneri donatæ a Virgine pupæ.

l. 7. *Placuere et lychnuchi pensiles in delubris.* Plin. l. 34. 3. CVPIDINES II CVM SVIS LYCHNVCHIS ET LVCERN. *Gruter.* Insc. *Vidi Cupidinem argenteum cum lampade.* Cic. in Verr. ii.

XXX. Marmor in pariete infixum, in plateâ.

Thesmophoria in Cereris *legiferæ* honorem instituta, solemnique ritu ab Atheniensibus fœminis celebrata. Anticrates f. Lysaniæ sub Archonte Cephisophonte, anno ⅓ Olymp. CXII, aut festi sumptus fecit, aut Stephanephori seu sacerdotis munere functus fuit; et nescio quid, fortasse Cereri, dedicavit. Scalptæ sunt in lapide duæ coronæ, meritorum ejus præmia, quarum una includit voces Η Β Ο Υ Λ Η.

Προβαλινθος fuit nomen populi. Popularis dicebatur Προβαλινθιος et Προβαλισιος. Vide *Meurs.*

XXXI. In domo. *Pleistænum f. Soclis Cephalensem uxor Pleistis et filia Sosinice Archontem factum Baccho dedicarunt.* Hujus nomen non invenio in *Fastis Atticis.*

XXXII. *Concilium atque Populus* posuit *Apollodoram filiam Apollodori Gargettii, quæ sacra gessit Minervæ Poliadis.*

Prope templum Minervæ Poliadis habitabant duæ virgines *Canephoræ* dictæ; quarum munus fuit, cum instaret Deæ festum, sacra quædam occulta ad locum subterraneum non longè a templo *Veneris in hortis* deferre, acceptis aliis sacris rediturae; quo functæ officio dimittebantur, novæque in arcem ducebantur. Vide plura apud Pausan. p. 25.

XXXIII. Notandum est hìc Αρηυ, mox in Insc. XXXIV. Αρειυ, et in seq. Αρευ.

XXXIV. Basis marmorea, prope fontem aquæ, solo ferè celata.

XXXV. Hanc Inscriptionem ad l. 8 Sponius edidit Itin. p. 129. Versus, omissis duobus, in Pocockio occurrunt, quem vide p. 55. Marmor iterum iterumque revisi, ut totam accurate exscriberem. Ξ sic semper. Vide Not. ad Insc. XVIII.

Dexippus, sæculo post Christum natum tertio clarus, Archon Athenis anno ⅓ Olymp. CCLXII. Vide *Fabric.* Bibl. Græc. v. 2. p. 215.

XXXVI. Marmor ad radices montis, in quo Arx sita est, nec longe ab Insc. VI, repertum. *Populus* posuit *Publium Cornelium, Publii filium, Scipionem, Quæstorem et Proprætorem, virtutis ergo. Cephisodorus* Statuam *fecit.*

XXXVII. In domo. *Tiberium Claudium Theophilum, Tib. Claudii Dictimi filium, Besæum* posuit .... Desunt, puto, voces ΟΔΗΜΟΣ in alio lapide inscriptæ.

XXXVIII. Ad Ecclesiam ruinosam dictam *Sancti Georgii. Imperatorem Cæsarem Trajanum Hadrianum Antoninum Augustum, Pium, Imp. II. Cons. III. Patrem Patriæ* posuit ....

XXXIX. Marmor in plateâ; ad fores domûs, ceu limen, fixum. *Populus* posuit *Marcum Artorium beneficentiæ et benevolentiæ ergo.* Fuit M. Artorius Octaviani Augusti medicus, quem πολυμαθιας χαριν Senatus Populusque Smyrnæorum Statuâ honorarunt. Vide *Paciaudii* Animad. Philolog. p. 99.

XL. Marmorea basis in pavimento porticûs domûs nostræ. Vide *Wheler.* p. 377. *Spon.* p. 220. *Pontificem Augustorum Tib. Claudium Atticum Herodem, Marathonium, Antiochis Tribus posuit benevolentiæ ergo et beneficentiæ in patriam.*

In Arce templum fuit Deæ Romæ et Augusti Cæsaris; in urbe, ut fas sit credere, Numinum *Augustorum*; quæ Pontificem habuerunt virum illustrissimum et munificentissimum, cujus etiamnum multa extant monumenta, Atticum Herodem.

Marmor Oxoniense n. LX positum fuit ab isto Herode in honorem Pollucis, quem ut filium dilexit. Vide *Philostratum* in vita ejus p. 557.

XLI. Basis marmorea in muro Ecclesiæ *Sancti Johannis* infixa. *Spon.* p. 40. *Imperatorem Hadrianum Augustum, Olympium,* posuerunt *Thasii per Legatum et Artificem Xenophantum f. Charetis. Sub Sacerdote Cl. Attico.*

Athenis ingens fuit Jovis Olympii templum, per annos plus septingentos imperfectum. Immensum hoc opus Deo, aramque sibi, dedicavit Imperator Hadrianus, inde nomen Olympii sortitus, anno secundo vel tertio Olymp. CCXXVII. sive a Christo nato CXXXII. In æde erant quatuor Statuæ Hadriani, quarum duæ e lapide *Thasio*; et in atrio plurimæ, quippe illum posuerunt omnes Coloniæ Athenienses. Vide *Pausan.* et *Corsin.* t. 2. p. 106. Sacerdos fuit Tib. Cl. Atticus Herodes, de quo in Insc. præced.

XLII. Pars basis Statuæ, quam Hadriano Olympio Cyziceni posuerunt.

XLIII. In ipso Olympiéo extat, facie in terram conversâ, ingens marmor candidum magnis literis inscriptum, olim basis Statuæ, quam dedicavit Atheniensium colonia Miletus. *Imperatorem Cæsarem Augustum Olympium, Metropolis Ioniæ in Asia et bis Neocorus urbs Milesiorum* posuit *Fundatorem suum. Curante Marco Tigellio. Sub Sacerdote Tib. Cl. Attico.*

l. 3. Miletus dicitur Metropolis Ιωνιας της Ασιας, quoniam Attica olim nomen habuit Ionia.

l. 5. Milesii in Insc. XLI. p. 1. Hadrianum σωτηρα suum και ευεργετην appellant.

Vidi basim, cujus Inscriptionem edidit *Sponius* p. 41. et legi l. 1. [I] MPCAESD — PAR l. 2, THICI l. 4, TRIBPOT < XVI COS < III · P · P l. 5, OLYMPIO l. 6, [COLON]IA l. 7, ... DENSIVM PER LEGATVM l. 8, CMEMMIVM

Aliarum basium Inscriptiones occurrunt apud *Sponium* p. 42. p. 43. *Cyriacum.* p. 13. n. 93. *Muratorium* p. 235. p. 1066. p. 1072. et *Corsinum* in Fast. t. 2. p. 164. ex Muratorio p. 1059. 2.

XLIV. Olim e Piræo urbem ingressis ad dextrum latus occurrebat porticus, quæ βασιλειος sive *Regia* appellata. Ibi stetit Jovis Eleutherii statua. Ὁτι δε επιγεγραπται μεν Σωτηρ, ονομαζεται δε και Ελευθεριος, δηλοι και Μενανδρος. *Harpoc.* Prope illam fuit Hadriani Statua, cujus, puto, basim suo loco reperimus, et fodiendo Inscriptionem legimus. Terrâ vix extat, haud longè a Templo Thesei, Piræum versus. *Servatori et Fundatori Imperatori Hadriano Olympio.*

Athenienses, fortasse quòd Christianis inimici, Hadrianum Σωτηρα suum agnoscunt. Vide quæ de voce *Chishullus* p. 58. Ille *Novas Athenas* extruxit, quarum in portâ marmoreâ, quæ restat, ex alterâ parte est Inscriptio; ΑΙΔΕΙΣΑΔΡΙΑΝΟΥΚΟΥΧΙΘΗΣΕΩΣΠΟΛΙΣ sc. *quæ vides, Hadriani et non Thesei urbs.*

XLV.

XLV.
XLVI. } Aliæ bafes marmoreæ.
XLVII.

XLVIII. Sub Imperatore Theodofio primo, Anno Ch. CCCLXXX, Gothis Theffaliam et Epirum vaftantibus, honores meruit Theodorus Achæorum dux. Bafis Statuæ ejus rotunda τὴν ἁγίαν τράπεζαν in Ecclefiâ dictâ *Sancti Theodori*, prope Monafterium Capucinorum, fuftinet.

Vidi aliam quoque bafim, cujus Infcriptionem edidit *Sponius* Itin. p. 35. et Mifc. p. 319. Lineæ, numero decem, nunc funt initio et fine imperfectæ. Notavi has literas A, H, E.

XLIX. Infcriptio fuprà in fronte Ecclefiæ *Sancti Theodori* extra urbem pofita, accentibus notabilis, literis Θ, A, Ω ad quas toties exprimendas typos non habuimus. Nomen *Calomanus* occurrit in *Famil. Byzant.* et fic fortaffe legendum fuit in marmore. Vide *Du Frefne Gloffar.* in voce Σπαθαροκανδιδάτος. Linea tertia definit fub primâ fic Σ Α Θ Ρ Ο Ν Ω Ν

L. In domo. Agnothei Archontis nomen a Faftis abeft. Cætera legere non potui.

LI. Erat platea Athenis dicta *Tripodes*; in quâ ædes parvulæ præmia Certaminum fuftinebant, in publicum ornamentum a Choragis confecrata. Etiamnum extat Thrafylli monumentum dedicatum anno ⅟ Olymp. CXV, ante Ch. CCCXX; et Thrafyclis, quod anno ⅟ Olymp. CXXVII, ante Ch. CCLXXI; necnon Lyficratis, quod anno ante Ch. CCCXXX. Hoc accuratiffimè exhibet liber, cui titulus *Ruins of Athens*. ΚΙΝΔΥ

Infcriptionem hanc, literis Atticis valde infignem, in lapide integro reperi, in domo prope Lyficratis ædem. *Oeneis* Tribus *vicit cum pueris. Eurymenes f. Meleteonis Choragus fuit, Nicoftratus docuit.* Ufitatum fuit Archontis nomen infcribere, quod, cum fatis fpatii fuperfit, hîc omittitur. Caufa, ni fallar, hæc fuit: vicit Eurymenes anno ante Euclidem, fc. τῆς ἀναρχίας, ⅟ Olymp. XCIV, quo Pythodorus fuit Archon, quem fub Oligarchiâ electum Athenienfes haud nominabant.

Literæ Γ, Κ, Λ, Μ, Σ eafdem habent formas, quas in Infc. I; Ν, quam in Sigeo lapide.

LII. Ædis ejufdem generis Infcriptio, ϛοιχηδὸν incifa, fed imperfecta. Infixum eft marmor in præfurnio. Vicit ille, quis nefcio fed forte Callias, ante Euclidem Archontem. Vide Infc. VI.

LIII. Ad Ecclefiam dictam *Catholicon*. Nicomachus fuit Archon anno ⅟ Olymp. CIX. *Spon.* p. 90.

Vidi aliam Infcriptionem ejufdem claffis a Sponio editam p. 73, et in libro cui Titulus *Ruins of Athens* p. 28.

LIV. Marmor quadratum, in equili Turcæ, literis pulcherrimis incifum, A fic. Archontum numerus fuit novem; quorum primus Ἄρχων dictus; alter, βασιλεὺς; tertius, Πολέμαρχος; et fex reliqui Θεσμοθέται. Deeft lapidis pars, &c, quod dolendum eft, Archontis Eponymi nomen.

In eodem loco vidi Infcriptionem editam a *Corfino* p. XLVII. *Infc. Att.* et p. 189. t. 23. *Hift. Acad. Infcrip.* Ad finem lineæ primæ, obfcuris literis, legendum putavi ΕΚΓΟΝΟΝΤΟΥ l. 4, ΩΙΔΕΙΟΥ l. 5, ΥΟΙ A fic.

LV. In templo Thefei marmor; in fummo, ceu menfura, excavatum. Vide *Pocock.* p. 57. In explicandâ Infcriptione multùm laboravit Corfinus, *Faft.* t. 2. p. 204. et *Infc. Attic.* a p. XXX. ad p. XXXVII. quem confulat eruditus Lector. Mamertinus, cum Demoftrato et Praxagorâ, Attico Herodi in reipublicæ adminiftratione adverfabatur. Vide *Philoftr.* p. 558.

Vidi quoque fragmentum, cujus Infcriptionem edidit *Sponius* p. 116.

LV. 3. l. 2, in alio exemplari ΤΙΝΗ··Υ·ΠΟΝΤΙΚΟΥ

LV. 4. Vide *Wheler.* p. 386. *Spon.* p. 199.

LVI. In domo. Deeſt initium. Munatius Vopiſcus idem fortaſſe de quo mentio eſt in Inſc. quam ex Sponio citavit *Corſinus* Faſt. v. 2. p. 206.

LVII. In eccleſiâ dictâ *Aſomatos*. In hoc marmore cujuſdam familiæ origo et ordo, quaſi a Genealogo, deſcriptus fuit. Initium deeſt.

LVIII. In domo prope Forum ſeu *Bazar.*

